


**URKUNDEN-
BUCH DES
LANDES OB
DER ENNS**

Oberösterreichischer
Musealverein




RIKNER'S NEW
DUCKBOARD
LITHOGRAPH
WALTERS, 24

Berkeley
Campus
Poetry



Collection of
Bertha, Charles and Davis Woolley



LIBRARY
UNIVERSITY OF
CALIFORNIA

URKUNDEN-BUCH

DES

LANDES OB DER ENNS.

URKUNDEN-BUCH

DES

LANDES OB DER ENNS.

HERAUSGEGEBEN

VOM

VERWALTUNGS-AUSSCHUSS DES MUSEUMS FRANCISCO-CAROLINUM

ZU LINZ.

VIERTER BAND.



WIEN.

AUS DER K. K. HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

—
1867.

I.

1283. 25. Jänner. In obsidione castri Neuburg. — Otto, Herzog von Baiern, erlaubt dem Kloster St. Nikola alljährliche Mauthfreiheit zu Burghausen und Scharding für zwei Pfund Salz weiten und sechs Pfund kleinen Bandes.

Nos Otto dei gracia Palatinus Comes Reni, Dux Bawarie presentibus .profitemur, quod, cum ecclesia sancti Nycolai de Pataunia sub diuersis capitaneis nostris in Scharding et maxime hijs diebus, quibus obsidio Castri in Neunburga durauit, tam in suis hominibus quam possessionibus atque bonis grauia dampna pertulerit et pressuras, Nos in recompensam eorundem grauaminum et dampnorum et precipue pro salutari remedio quondam karissimorum patris et matris nostre ac aliorum progenitorum nostrorum diue recordacionis, quorum saltem in hoc pietatis casu confidimus operari, eiusdem ecclesie preposito et Conuentui de karissimorum fratrum nostrorum Lodwici et Stephani expresso beneplacito atque uoto hanc fecimus gratiam specialem, quod duo talenta maioris ligaminis et sex minoris deducere ualeant singulis annis perpetuo tam in Burchusa quam in Schardinga sine exactione cuiuslibet thelonei siue mute. Ipsi eciam Prepositus et conuentus pro se et successoribus nobis ad recognitionem gracia prenotate fideliter promiserunt, quod prescriptorum parentum et progenitorum nostrorum anniuersarium quolibet anno semel cum debitis sollempnitatibus celebrabunt. In cuius rei perpetuam memoriam presens instrumentum eisdem dedimus maioris sigilli nostri robore communitam. Datum et actum In obsidione Castri Neunburch jn conuersione beati Pauli M^o.CC^o.LXXX^o.IIJ^o.

Aus einem Pergam. Codex des vierzehnten Jahrhunderts in der k. baier. Staatsbibliothek.

II.

1283. 25. Jänner. — *Heinrich von Lonstorf gibt das Eigenthum an dem Hofe zu „Posshone“ dem Kloster Wilhering auf.*

Ne propter hominum labilem memoriam et temporis (sic) maliciam pie gesta ducantur in irritum et pereant, expedit ea litterali studio et testibus fidelibus roborari. Nouerint igitur vniuersi presentem litteram inspecturi, quod ego *Hainricus dictus de Lonstorf* cum consensu bono et voluntate perfecta *Alhaidis* vxoris mee et heredum meorum ob remidium anime mee et piam fratris mei *Meinhardi* defuncti recordationem dedi et contuli liberaliter donatione perpetua et irrenocabili ecclesie sancte Marie virginis in *Wilhering* et fratribus ibidem deo strenue seruientibus ius proprietatis attinens michi ex hereditate predecessorum meorum in curia, que dicitur *Posshone*, quam *Hainricus ciuis in Lintz cognomine lupus* a me possedit hactenus et possidet titulo feudali. In cuius rei claram euentiam et indelebilem memoriam presens eisdem fratribus scriptum tradidi cum sigilli mei robore fideliter communitum testibus subnotatis, quorum nomina sunt hec: *frater Otto celerarius, frater Waltherus, Hainricus de Wuldenstorf, Vlricus mutarius, Hainricus frater eius, Hainricus filius Vlrici mutarii, Atramus de Alharting, Albero Malchingarius, Fridericus seruus eius, Hainricus Chogler, Chalochus frater eius, Marquardus Wenagal, Hainricus Horbrunner, Atramus Lintzarius, Leupoldus Pitzzer* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M^o.CC^o.LXXXIII. in conuersione sancti Pauli.

Diese Tradition bestätigt Leutold von Chunring.

Ego *Leutoldus de Chunring Pincerna ducis Austrie* presenti scripto publice confiteor et protestor, quod *Hainricus et O (tto) dicti de Lonstorf* fratres ob honorem gloriose virginis Marie precipue et per consequens petitionis mee causa ius proprietatis, quod in curia, que dicitur *Posshof*, quam ab ipsis . . . *Lupus ciuis de Lintza* iure feudali possederat, actenus habebant et habere videbantur, venerabili abbati Wol. et conuentui ecclesie beate virginis in *Wilhering* ordinis Cisterciensis, diocesis Patauiensis deuote et liberaliter contulerunt quiete et pacifice supradictam curiam proprietatis

titulo absque calumpnia et insultu inpeticionum malorum hominum perpetuo liberaliter possidendam. In huius rei clarum et efficax testimonium presentem iam dictis fratribus et ecclesie in Wilhering contuli literam ad omnia iudicia ex parte mei, si necesse fuerit, demonstranda (sic) sigilli mei cum testibus munimine fideliter communitam.

Aus einem Copialbuche im Stiftsarchive zu Wilhering.

III.

1283. 29. Jänner. Augsburg. — *Rudolf, römischer König, gebietet den Österreichern, seinen Söhnen Albrecht und Rudolf als ihren neuen Herzogen gehorsam zu sein.*

Rudolfus dei gracia Romanorum Rex semper augustus Vniuersis comitibus, nobilibus, ministerialibus, militibus, clientibus et vasallis Austrie fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Cum nos accedente consensu libero principum venerabilium et illustrium in electione Romanorum Regum et Imperatorum voces habencium vacantes nobis et Imperio terras seu *ducatus Austrie et Styrie* cum suis dominiis, honoribus, iuribus et vniuersis vtilitatibus quondam iugenuis *Leupoldo et Friderico ducibus* ipsorum principatum debitis et consuetis illustribus *Alberto et Rudolfo* filiis nostris karissimis et heredibus eorundem contulerimus a nobis et sacro imperio Romano perpetuo possidendas et inuestiuerimus sceptro regio de eisdem, vt declarant plenius priuilegia, super ipsa collacione tradita et confecta, Vniuersitatis vestre fidelitati committimus firmiter et mandamus, quatinus eisdem Alberto et Rudolfo filiis et principibus nostris veris dominis vestris et ducibus plena fide nec non subiectionis omnimode debito et reuerencia intendatis non obstantibus quibuscumque iuramentis nobis et imperio sacro per vos prestitis, que presentibus relaxamus et litteris hinc inde datis seu priuilegiis omnibus concessarum vobis per nos quarumlibet libertatum. Datum *Auguste IIIJ. kalendas Februarij, iudictione decima Anno domini M^o.CC^o.LXXX^o. secundo, regni vero nostri anno decimo.*

Orig. auf Perg. mit einem angehängten Wachsigel. K. k. geh. Hausarchiv. — Siehe Böhmer, Regesta Imperii von 1246–1313, Nr. 724. — Abgedruckt bei Hergott, Mon. Augustissimae Dom. Austr. I. 216.

IV.

1283. 2. Februar. — *Heinrich von Polheim verpfändet dem Ulrich von Weidenholz seine Mühle und den Zehent zu Waiting.*

Nouerint vniuersi presentem litteram inspecturi, quod ego *Hainricus de polnhaim* cum bona voluntate fratris mei domini *wichardi* obligauit *vlrico de weidenholtz* molendinum meum et decimam in *waiting* pro vj. talentis veterum denariorum, que bona redimere debeo a proxima die purificationis sancte Marie per duos annos, quod si fecero, libere rehabebo predicta; sin autem secundum arbitrium duorum virorum tantum mihi superaddet, quod obligata bona iusto feodo sua erunt. Super quo sibi tribuo fratris mei sigillum. Actum anno domini M^o.C^oC^o.LXXX^oIIJ. in purificatione sancte Marie.

Orig. auf Perg. mit einem Wachssiegel. K. k. geh. Hausarchiv.

V.

1283. 7. Februar. Passau. — *Quittung des Aliron de Ricardis über fünf Pfund Regensburger- und sechs Pfund Salzburger-Münze, welche Propst Chunrat von Ranshofen als den dritten Theil seiner Gebür für die Unterstützung des heiligen Landes ausbezahlt hat.*

Universis presentes litteras inspecturis *Alven de Riccardis* *Canonicus S. Marie de Venetiis, collector a sede apostolica constitutus super decimis terre S. subsidio deputatus et his, que ad decimas pertinent supra dictas, nec non super obventionibus et legatis aliisque utcumque provenientius ipsi subsidio terre S. in Salzburgerensi provincia et Pragensi, Olomucensi, Ehistettensi civitatibus et dicte provincie Maguntine* salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod in nostra presentia constitutus religiosus vir *Dominus Conradus prepositus Ranshovensis* solvit nobis pro tertia parte totius decime, quam romane Ecclesie ratione dicte decime tenebatur, libras quinque Ratisbonensium et VI. libras Salzburgerensium denariorum, quos recepisse nomine dicte romane Ecclesie confitemur. Et iuravit dictus prepositus ad sancta Dei Evangelia corporaliter tacta de proventibus et redditibus suis et Ecclesie sue pro dicta tertia parte se plene et fideliter decimasse ac pro residuo dicte decime non solute eodem modo in posterum decimare eosdem redditus et

proventus et dictum residuum solvere in termino seu terminis, quem vel quos sibi ad solutionem dicti residui duximus statuendos. In cuius rei testimonium presentes litteras sibi concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum apud *Pataviam* VII. Idus Februarii, Pontificatus Domini *Martini Pape* IV. Anno II.

Mon. boic. III. 345.

VI.

1283. 1. Juni. Rheinfelden. — *Rudolf, römischer König, bestimmt, dass sein Sohn Albrecht allein ohne dessen Bruder Rudolf die österreichischen Lande beherrschen soll.*

Rudolfus dei gracia Romanorum Rex semper augustus Omnibus imperpetuum. In concessione terrarum *austrie, Styrie, Carniole et marchie* de consensu principum imperij per nos illustribus *alberto et Rudolfo* filiis nostris facta sollempniter apud *augustam* de dictis terris ordinandi et disponendi inter eosdem, prout uideretur, ipsis in hoc expresse consencientibus nobis reseruauimus plenariam potestatem. Et quia postmodum nobiles, mediocres et minores ac communitas ipsarum terrarum instancius et deuocius per sollempnes nuncios nostre celsitudini supplicarunt, ut deuocionis et fidei puritate, qua semper in nostris obsequiis claruerunt, pre oculis collocata eos et terras prehabitas, quibus periculosum esset et graue duplicis domini iugo colla submittere iuxta testimonium ueritatis: nemo potest dominis digne seruire duobus, benigni fauoris munere respicere et taliter ordinare et facere dignaremur, quod eedem terre cum suis honoribus, iuribus et pertinenciis in solidum sepedictum *albertum* respiciant et eidem soli tanquam uero domino suo obediant et intendant, Nos considerantes predictarum terrarum nobilium et incolarum sinceram fidem et puram deuocionem, quibus a felicis aduentus nostri in terras predictas principio nos semper feruide coluerunt, attendentes quoque commune terrarum ipsarum notum et concors in hac parte desiderium et ob hoc non magis dictorum filiorum nostrorum commoditati quam earundem terrarum quieti consulere cupientes supplicacionem premissam elementer admisimus et de ipsis terris maturo deliberacionis nostre consilio ad tollendam cuiuslibet turbacionis future materiam et ut eciam dicti fratres ex paterna sollicitudine relegatis, que eorundem cordium possent ab inuicem sequestrare ligamina, in fraterni amoris amenitate conuiuant, ex potestate

patria et auctoritate nobis in concessione dictarum terrarum retenta taliter statuimus, disponimus, ordinamus et volumus, quod predictus albertus et eius heredes masculi sepedictarum terrarum principatus et dominia cum omnibus suis juribus, honoribus et pertinenciis vniuersis, prout predictas terras eidem alberto et Rudolfo pro indiuiso prius contulimus, soli perpetuo habere debeant et tenere Sic tamen, quod si infra quatuor annorum a nunc festo pasche currere incipientium spacium memorato Rudolfo de Regno uel alio principatu non prouiderimus, extunc sepedictus albertus uel si ipsum contingat decedere, sui heredes masculi, quos ad hoc eciam teneri volumus, in numerata pecunia dictum Rudolfum respicient et eidem soluent et dabunt, quantum nostra prouidencia duxerit moderandum. Verum si prius quam dicto Rudolfo iuxta modum premissum prouiderimus, nos, qui solus potens est auferre spiritum principum, ab hac luce uocauerit, ex tunc erit in taxacione et moderamine nobilium virorum *Frederici Burchgraviï de Nurenberch, Alberti de Hohenberch, Henrici de vurstinberch et Lud. de Oetingen comitum*, quantum eidem Rudolfo in numerata pecunia dandum fuerit aut soluendum. Et si predictorum quatuor vnus uel duo aut tres decesserint, superstites uel superstes in mortuorum loco alios vel alium sub iuramenti debito et in fide sua recipient et eligent, quos inter consanguineos eorundem magis utiles nouerint et communes. Si vero omnes predictos contingat ab hac luce vocari, tunc dicto Rudolfo soluetur et dabitur ab ipso alberto uel eius heredibus masculis, quantum communium amicorum suorum quatuor, quos ad hoc communiter elegerint, duxerit moderandum. Et predicti temporis spacio reuoluto domini ac incolae earundem terrarum austrie, Styrie, carniole et marchie predicto Rudolfo in nullo erunt obnoxij uel ligati sed omnino liberi ab eodem. prouisione quoque de regno uel alio principatu facta per nos eidem Rudolfo, prout superius est expressum, nullum habebit respectum predictus Rudolfus ad ipsum albertum uel eius heredes masculos de pecunia aliqua sibi soluenda uel danda pro terris predictis, sed ipse albertus et eius heredes masculi eas libere sine requisicione uel solucione alicuius pecunie uel impeticione aliqua perpetuo possidebunt, nisi principatus, de quo prouideremus eidem Rudolfo, foret adeo tenuis, quod in pecunia solacium aliquale sibi fieri nobis conueniens uideretur. Quo in casu predictus albertus uel ipsius heredes legitimi nostre obedient similiter voluntati. Ad hec in prouidencia

nostre moderamine residere volumus infra predicti quadriennij spacium ordinandi siue taxandi, quantum prefatus albertus uel eius heredes legitimi dicto Rudolfo post lapsum ipsius quadriennij dare et soluere in pecunia teneantur; licet enim ante termini prelibati lapsum modum et quantitatem soluende pecunie moderemur, post lapsum tamen dicti temporis primum dictum albertum uel eius heredes ad solutionem volumus obligari, a qua tamen erunt liberi, si eidem Rudolfo de honorabili prouiderimus principatu. Ceterum si prefatus albertus uel sui heredes ordinationem nostram premissam non attenderent nec seruarent, ex tunc ipsi Rudolfo ex presenti paterna ordinatione nullum volumus preiudicium generari, sed ius sibi primo acquisitum ex nostra concessione in terris predictis saluum sibi volumus per omnia remanere. Et nichilominus si predictum albertum vna cum suis heredibus masculis contingat decedere, volumus et statuimus, quod predicti principatus siue dominia cum suis iuribus, honoribus et pertinencijs vniuersis ad sepedictum Rudolfum et suos heredes legitimos libere deuoluantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ordinationis infringere aut ei in aliquo ausu temerario contraire, quod qui facere presumpserit, grauem Regie maiestatis offensam se nouerit incurrisse ordinatione nostra predicta nichilominus in suo robore perpetuo permansura. Testes huius rei sunt venerabilis *Gotfridus patauiensis episcopus princeps noster, honorabilis vir magister Henricus de Clingenberch doctor decretorum, noster prothonotarius, Nobiles viri Fridericus Burchgrauus de Nurenberch, vricus de Tuuvers, Otto de Lichtinsein, Stephanus de Mischow marscalcus austrie et vricus de capella dilecti nostri fideles.* Signum serenissimi domini Rudolphi Romanorum Regis inuictissimi. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Data in *Rinuelde* per manum magistri Henrici prothonotarij nostri predicti kalendis junij, iudicacione vndecima, anno domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio, Regni vero nostri anno decimo.

Inserirt der Urkunde, dat. Wien am 11. Juli 1283. K. k. geh. Hausarchiv. — Abgedruckt bei Lambacher, Interegium 199 im Anhang; Schrötter, Abhandlungen V. 343. Lambecius, Comment. bibl. Caes. III. Append. 329 (deutsch), Birken. Ehrenspegel 196.

VII.

1283. 1. Juni. Passau. — *Quittung des Dompfarrers zu Passau, als substituirtten Einsammler des Zehentes, über 20 Pfund, welche Summe ihm der Propst zu Reichersberg eingehändigt.*

Quia presentis etatis negocia consumit oblivio, nisi fidei scripture testimonio roborentur, ego igitur *R. Tumblebanus S. Pauli de Patavia*, Collector decime a Legato sedis Apostolice substitutus profiteor omnibus presentem paginam inspecturis, quod venerabilis *Prepositus de Reichersperg* michi dando decimam de redditibus sue Ecclesie et omnibus computatis in die beati Johannis Baptiste XX. libras Patavienses assignavit. In cuius rei testimonium et certitudinem plenior presentem literam sibi dedi mei sigilli munimine roboratam. Datum *Patavie* anno Domini MCCLXXXIII. Kalend. Juny.

Mon. boie. IV. 437.

VIII.

1283. 2. Juni. Wien. — *Der päpstliche Bevollmächtigte zur Sammlung der Beiträge zur Unterstützung des h. Landes bewilligt dem Abbe von Garsten zur Zahlung des Drittheils eine Frist bis Michaeli.*

Uniuersis presentes litteras inspecturis *Aliron de Riccardis, Canonicus sancti Marci de veneciis; Collector ab apostolica Sede datus super decimis terre sancte Subsidio deputatis et hiis, que ad decimas ipsas pertinent necnon super legatis et obuencionibus ad Romanam Ecclesiam rtcumque prouenientibus in Salzburgensi prouincia, Pragensi, Olomucensi, Eihstitensi et Bambergensi Ciuitatibus et Dyocesibus prouincie Moguntine* Salutem in domino sempiternam, uniuersitatem uestram scire uolumus per presentes, quod constitutus in nostra presentia vir discretus *Marquardus Abbas de Garsten* nobis humiliter supplicauit, quod, cum decimam terre sancte Subsidio deputatam, que ipsum contingit, absque graui et irreparabili sui Monasterio dispendio non posset soluere ista vice, Sibi super huiusmodi dispendijs prouideremus misericorditer et ad soluendam ipsam decimam daremus inducias longiores. Nos igitur suos defectus [sic] multiplices, quos nobis exposuit, compassionis oculis attendentes eidem Abbati de gratia speciali duximus concedendum, vt in festo

sancti Michaelis futuro proximo terciam partem tocius decime, quam tenetur, nobis apud wiennam vel ei, qui in hac parte gesserit vices nostras, debeat assignare iuxta id, quod a nobis instanter ot humiliter supplicauit, Alioquin excommunicacionis sentenciam incidat ipso facto. In cuius Rei testimonium presentes Litteras Sitbi tradidimus nostri Sigilli munimine Sigillatas. Datum *wienne* ij. Inranti Junio, Pontificatus domini Martini pape iiij. Anno tercio.

Orig. Perg., früher im Garstner Archive, mit einem hängenden rothen Wachssiegel.

IX.

1283. 6. Junl. S. 1. — *Die Brüder Heinrich und Wok von Krumau bezeugen, auf die Pfarre Kirchschat, welche ihr Vater an das Kloster Schlägel vergabte, keinen Anspruch zu haben.*

Acta solenniter . . . tenet oblivio, nisi literarum fulciantur stabili firmamento. Inde est, quod Nos *Henricus et Woko dicti de krum-mav* notum esse volumus presentes literas auditoris seu uisuris, quod pater noster felicitis memorie dedit et contulit Domui B. Virginis in *Plaga* Pataviensis diocesis pro damnis illatis et remedio anime sue ecclesiam in *Kirchschat* cum tribus mansis ibidem in foro ad dotem spectantibus et villam, que dicitur *Pfaffenschlag* pleno iure et omni libertate nullis pactis et condicionibus interpositis libere et absolute in perpetuum possidendam. Nos ergo predicti *Henricus et Woko* Donacionem patris nostri ratam habentes prescriptam ecclesiam in *Kirchschat* cum tribus mansis ibidem et cum predicta villa *Pfaffenschlag* cum omnibus supradictis libertatibus damus et confirmamus iam dicte domui B. Virginis in *Plaga* perpetualiter possidendum. Vt vero nulli super his dubium oriatur, quia nullam plane habemus justiciam nec aliquis heredum ac successorum nostrorum habere poterit seu debebit in sepedicta ecclesia in *Kirchschat* aut in bonis supradictis siue in iudiciis seu exactionibus uel in aliis quibuscunque grauaminibus faciendis, nisi quod sine omni utilitate et eciam grauamine plebani, quemcunque prepositus superius prefate domus B. Virginis de *Plaga* ibi locaverit, sicut bona propria tenebimus fideliter defendere. Si autem, quod absit, per Nos aut successorum aliquem nostrorum secus actum fuerit vel attentatum, multociens dictus prepositus et fratres domus B. Virginis in *Plaga* resistere . . . et debebunt presencium testimonio literarum. Vt autem prescripta robur habeant

firmitatis, presentes literas dedimus domui B. Virginis in Plaga et fratribus ibidem sigillo solius Domini Wokonis, quia ego Henricus sigillo careo, appensione fideliter roboratas.

Datum anno Domini M.CC.LXXXIIJ^o. octauo idus Junii. Testes sunt frater *Henricus Lugerius, Radosta de Malotin, Sdenko de Cypin, Nemoye de Elenicz, Vlricus Pualler, Eberhardus Calvus, Bernardus Odter* et alii quam plures.

Abschrift im Archive des Schlosses Krumau.

X.

1283. 11. Juli. Wien. — *Die österreichischen Landherren nehmen die Verordnung König Rudolfs an, vermöge welcher dessen Sohn Albrecht und seine männlichen Erben die österreichischen Lande besitzen sollen.*

Nos *Otto de Haslowe iudex provincialis per austriam, Otto de Bertholtstorf Camerarius, Stephanus de Misschowe marschalcus, Liutholdus de Chvnringen pincerna austrie, vlricus de capella iudex provincialis supra anasum, Fridericus de lengenpach, Erkengerus de Landeser, Otto de Lichtinsein et Fridericus de pettoia* Ad vniuersorum tam presencium quam eciam futurorum noticiam cupimus peruenire recognoscentes humiliter et publice profitentes, quod, etsi princeps magnificus dominus noster karissimus dominus *Rudolfus dei gracia Romanorum Rex* iuclitus nos suos fideles tunc sibi et Romano jmperio inmediate subiectos multis, amplis et variis beneficencie sue donis liberaliter hactenus respexisset, in hoc tamen sue liberalitatis eximie thesauros in nos copiofius et exuberancius noscitur effudisse, quod prouisionem de duobus dominis siue principibus jllustribus dominis *alberto et Rudolfo* filiis suis preclaris nobis ac terris *austrie, Styrie, carniole et marchie* factam sollempniter apud *augustam* reseruata sibi tunc temporis super eo plenaria potestate ad nostram ac incolarum terrarum predictarum deuotam instanciam in personam karissimi domini nostri domini *alberti* ducis et principis gloriosi adhibito sano deliberacionis sue consilio graciose restringere est dignatus, Ipsius solius et heredum suorum suauis nos iugo subiciens in ea forma et modo, qui in suo Regali priuilegio super eo confecto lucidius continetur. Cuius quidem priuilegij nobis exhibiti et monstrati de uerbo ad uerbum talis est tenor: *Rudolfus dei gracia Romanorum Rex* semper augustus Omnibus

imperpetuum. In concessione terrarum (conf. die Urkunde dat. Rheinfeldern am 1. Juni 1283). Nos igitur tantorum beneficiorum nobis a regali clemencia collatorum non inmemores nec ingrati et propter hoc nostre deuocionis et fidei uice reciproca debitum exsoluentes ordinacionem Regiam supradictam in nostrum ac dictarum (terrarum) fauorem, commodum et honorem editam et concessam cum deuotis graciaram accionibus acceptamus, approbamus, recipimus et in ipsam vnanimiter consentimus et nichilominus nos facturos et curaturos, quod premissa ordinacio in omnibus suis articulis firmiter obseruetur, bona fide promittimus et ad hoc nos eciam fidei dacione ac iuramenti super eo prestiti vinculo obligamus volentes quoque beneplacito Regio in omnibus satisfacere et placere, ambobus fratribus dominis nostris alberto et Rudolfo predictis tam nos quam predictarum terrarum incole sub forma et tempore in ordinacione premissa contentis fidelitatis et homagij prestitimus publice iuramentum. Post cuius tamen temporis lapsum predicto domino nostro alberto soli et eius heredibus masculis ex ordinacione premissa et iuramento nostro prehabito ligati erimus et a dicto domino nostro Rudolfo liberi et soluti, nisi forte dominus noster albertus ordinacionem predictam, quatenus ipsum respicit et contingit, non attenderit nec seruaret, in quo casu ius domino Rudolfo in concessione terrarum apud augustam primitus acquisitum simpliciter reuiuiscet. Nosque per consequens eidem sicut et fratri suo domino nostro alberto predicto ad paris deuocionis et fidei debitum erimus obligatj. Denum expresse promittimus, quod si sepedictum dominum nostrum albertum et eius heredes masculos dicto domino nostro Rudolfo superstite contingat decedere, extunc ipsi domino Rudolfo in omnibus tanquam vero domino nostro perpetuo intendemus. Vt autem de premissis omnibus a nobis fideliter obseruandis fides cercior et certitudo fidelior habeatur, presentes litteras exinde conscribi et sigillorum nostrorum appensione uoluimus communirj. Datum *Wienne* in uigilia beate *Margarete* uirginis presentibus Reuerendo patre domino *Gotfrido patauiensis ecclesie episcopo, domino Vlrico de Taueris, magistro Chunrado scriba austrie et magistro Benzone jllustris domini alberti ducis supradicti prothonotario* Anno domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio.

Orig. auf Perg. mit acht hängenden Siegeln, das Erkengers fehlt. K. k. geh. Hausarchiv. — Kurz, Ottoakar und Albrecht. II. 200.

XI.

1283. 10. October. Wien. — *Gottfried von Truchsen gibt zum Spitale am Pyhrn einen Hof in Leyten und ein Lehen auf dem Gastay im Garstnerthale, wie auch einen Neubruch daselbst und einen Keller in Kirchdorf.*

In nomine domini Amen. Ego *Gotfridus de Truchsen* notum facio tam presentibus quam futuris, quod de bona uoluntate fratris mei *Ulrici* curiam meam in *leyten* et feodum *vf dem Gastay* super fluuium *Steyram* situm in *valle Gerstensi* cum omnibus usibus cultis et incultis, quesitis et inquirendis pro remedio anime mee et omnium parentum meorum dedi Ecclesie hospitalis sancte Marie in *pirno monte* perpetuo possidenda, sicut littere continent nostrorum sigillorum munimine roborate. Ego vero postmodum *Wienne* constitutus dimidium nouale super fluuium *Steyrnich* in *valle Gerstensi* et cellarium in *Chirchdorf*, quod quartam partem aree continet, quod possedi iure ciuili, quod *purchrecht* uulgariter nuncupatur, dicto hospitali post mortem meam legauit ob remedium anime mee et remissionem meorum peccatorum libere possidenda et ipsa tunc una cum feodo supra dicto *vf dem Gastay*, quia ipsa ab Ecclesia *Babenbergensi* in feodo tenui, venerabili domino *Berchtoldo* tunc eiusdem Ecclesie *Episcopo* resignaui et petui iam dicta bona per ipsum memorato hospitali suis litteris confirmari. In cuius rei testimonium, ne post mortem meam per alicuius rebellem et inanem contradictionem a dicto hospitali memorata bona possint alienari, presentes litteras scribi feci et sigilli mei munimine roborari. Datum *Wienne* Anno domini M^o.CC^o.LXXXIIJ^o. VJ^o Idus Octobris.

Orig. auf Perg. Ein Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

XII.

1283. 10. October. Wien. — *Bertholt, Bischof von Bamberg, verleiht dem Spitale am Pyhrn mehrere Güter, welche ihm Gottfried von Truchsen aufgesendet.*

Berchtoldus dei gracia Babenbergensis Episcopus omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Cum necesse sit propter labilem hominum memoriam scripturarum testimonio confirmari, que piis Ecclesiis conferuntur, Notum faciamus tam presentibus

quam futuris, quod nobilis uir *Golfridus de Truchsen* nobis vnum pheodum *et dem Gastay* super fluuium *Steyram* et medietatem vnius noualis super fluuium *Sternich*, que sita sunt in *valli Gerstensi*, que a nobis et ab Ecclesia nostra iure pheodali possidebat, et vnum Cellarium in foro *Chirchdorf*, quod quartam partem aree continet, de quo nobis annuatim iij, denarios nomine ciuili, quod *purchrecht* uulgariter nuncupatur, uoluntarie resignauit petens humilime, ut iam dicta bona *hospitali Sancte Marie in pirno monte* ob anime sue remedium conferre dignaremur. Nos vero suis petitionibus pium inpercientes consensum memorata bona dicto hospitali contulimus et sigilli nostri munimine confirmamus. Datum *Wienne* Anno domini M^o.CC^o.LXXXIIJ^o. VJ^o. Idus Octobris.

Orig. auf Perg. Ein Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

XIII.

1283. 17. October. Wien. — *Friedrich, Burggraf zu Nürnberg, bestätigt die Schenkung, welche Albert von Puchheim dem Spitale am Pyhrn mit einem Hofe auf dem Püchel im Garstnerthale und einer Hube in Kirchdorf gemacht.*

Nos *Fridericus Burcgrauus de Nurenberch* per presentes publice profitemur, quod hoc est de nostro consensu ac beniuola uoluntate, quod vir strenuus *Albertus dictus de Bœchaim* bona infrascripta, que a nobis tenuit in feodo, uidelicet Curiam dictam *etftempuhel* sitam in *valle Gertensi* (sic) et feudum, quod dicitur *hyba in Kirdorf*, dedit ad *hospitale sancte Marie in pirno monte* et donauit, Volentes eandem donacionem ratam et gratam, ut per hoc fructum consequamur in celestibus obseruare. In cuius rei euidens testimonium nostro sigillo fecimus presentes litteras communiti. Datum *Wienne* anno domini M^o.CC^o.LXXX tercio, XVJ. kal. Nouembris.

Orig. auf Perg. Ein Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

XIV.

1283. 9. November. Linz. — *Weikhart der Jüngere von Polheim belehnet anstatt des jungen Otto von Traun den Heinrich von Buldesdorf mit einem halben Hofe zu Oftering.*

Ego *wichardus junior de polnhaim* notum facio vniuersis presentem litteram inspecturis, quod *Otto de Truna* sororis mee puer

contulerit iusto feodo *Hainrico de Buldesdorf* et vxori sue domine *Geisle* mediam curiam in *Osthering* et mediam in *Ten*, cuius concessionis suus esse debet dominus et collator, ubicumque locorum et quodcumque debuerit, pleno iure et quicquid in hoc deperibit eidem, cum predictus puer ad annos suos peruenerit, super me et omnibus, que habeo, retinebunt. Huius rei testes sunt *Dominus vtricus longus de chapella* et patruus eius dominus *vtricus de chapella*, dominus *wichardus de polnhaim*, dominus *Chvnradius de chapella*, dominus *Gotfridus de pernowe*, dominus *Rudgerus de vttersteten*, dominus *wernhardus de Lerbuhel*, dominus *otto de vransen*, *ditmarus de holtz*, *wuluinyus de holtz*, *vtricus camerarius*, *Hainricus de nenzing*, *vtricus de nenzing*, *waltherus de nenzing*, *Meinhardus de chlingprunne*, *Rudgerus comes*, *Richerus de perchaim*, *Fridericus de Staudech*, *Ditericus officialis*, dominus *Rudolfus de alharting*, *wernhardus Gneusso* et alij quam plures. Actum et datum *Lintze* anno domini M^o.CC^o.LXXX^o.IIJ.V^o. ydus Nouembris.

Orig. auf Perg. mit einem weissen Wachssiegel. K. k. geh. Hausarchiv.

XV.

1283. 11. November. Slage. — *Heinrich von Heichenbach* güt dem Kloster *Schlätzl* zwei Huben zu *Horau* gegen Erlag von sechzig Pfund *Pfenningen*.

Que confirmat uox testium et uiuax littera, permanere merito debent inconcussa. Noscant igitur tam presentes quam posteri presentem paginam inspecturi, quod ego *Heidenricus de Heichenbach* cum consensu et fauore beniuolo filij mei *Heinrici* duos mansos super acria in *Horowe* pro filij mei *Chunradi* nec non et omnium predecessorum meorum remedio et mea meeque cognacionis salute donauit sancte *Marie in Slage* in subsidium fratrum in ea christo militancium contuli et concessi absolute pro sexaginta libris redimendos. In cuius rei testimonium presentem pagellam prelibate domui sancte *Marie* mei sigilli et *Pilgrimi de Valchensteyn* et domini *Redelini sepedicti ecclesie prepositi* munimine tradidi confirmatam. Huius rei testes sunt ego *Heidenricus*, filius meus *Heinricus*, Patruus meus *Rudigerus uocati de Heichenbach*, *Pilgrimus de Valchensteyn*, frater suus *Rudolfus*, eorundem cellerarius *Heinricus wincher*, filius eiusdem *Otto*, *Engelbertus*, *Otto* et *Irnfriidus fratres de Chlafpach*, *vtricus de peunt*, *Chunradus de charlspach ipsorum famuli*,

dominus vtricus plebanus de pfarrkirchen, Gameridus, de familia sepediete ecclesie Heinricus Faber, Vtricus de pohel, vtricus celler, heinricus cognomento brucus et alii quam plures. Datum in slage jn die sancti Martini Anno ab incarnatione domini M^o.CC^o.LXXX^o.IIJ^o.

Das Orig. auf Pergament ist stark beschädiget. An der Urkunde hängen drei wohlerhaltene Siegel. Stiftsarchiv Schlägl.

XVI.

1283. — *Die Freigeborne Bertha verpflichtet sich dem Stifte Reichersberg zum Dienste von fünf Pfennigen.*

Anno domini MCCLXXXIII. *Perhta* cum esset libera, tradidit se ecclesie sancti Michaelis in *Richersperge* ad censum v. denariorum vna cum pueris suis videlicet *Hainrico, vtrico, Hermanno, Christina.*

Aus dem Pergament-Codex zu Reichersberg.

XVII.

1283. — *Die Geschwister von Polheim geben einen halben Hof zu Thalheim zur Grabstätte ihres Vaters nach Wilhering.*

Cum more fluentis aque a fugaci hominum memoria transire soleant quelibet acta, decreuit veterum auctoritas facta perpetuo duratura voce testium et scripture testimonio roborari. Ea propter nos *Wichardus, Philippus, Heinricus* et *Albero fratres de Polhaim* Notum fieri cupimus vniuersis tenorem presentium inspecturis, quod mediam partem curie nostre in *Talhaim*, que per equalem distributionem siue diuisionem prediorum nostrorum inter nos factam predicto fratri nostro *Heinrico* pro sua portione cesserat, dedimus et contulimus per manus nostras et sororis nostre *Dimudis* ecclesie sancte Marie virginis in *Wilhering* et fratribus ibidem deo famulantibus precipue pro remedio anime patris nostri ibidem sepulti et etiam pro aliquali summa pecunie titulo proprietatis possidendam perpetuo sine briga. Ne igitur dicta ecclesia uel fratres religiosi per istius modi emptionis actionem siue donationem ab amicis et coheredibus nostris aliquam scrupulose inpulsionis et querimoniarum super dicta curia de cetero patiatur calumniam, conuocatis nobis omnibus *apud ecclesiam minorum fratrum in Welsu* debitam et voluntariam abdicationem sev abstipulationem, que wigo dicitur fürzticht, fecimus

singuli coram abbate dicti monasterii et aliis testibus fide dignis promittentes et obligantes nos nichilominus ad certam et iustam defensionem super eadem curia et etiam exhibere nos auctores, quod vulgo dicitur Gwer, cum requisiti fuerimus, absque dampno ecclesie antedictae in communi placito seu priuato. Quod si ipsam sepefatam ecclesiam circa promissiones premissas in aliquo neglexerimus, quidquid ex eo dampni receperit, tenemur per alia bona nostra eidem ecclesie restituere integraliter et delere. In cuius rei testimonium presentes litteras dicto monasterio et fratribus ibidem dedimus sigillo fratris nostri senioris domini Wichhardi, quia in presenti tempore plura sigilla non habuimus, munimine roboratas. Sunt autem testes dominus Wichhardus filius patris nostri, dominus Rogerus de vtersteten, dominus Rogerus Prueschinch, dominus Gotfridus et Vlricus fratres de Pernowe, dominus Otakerus de Chirchperch, Rodolfus et Henricus de Berge, Ortolfus et Rudolfus de Alharting et alii quam plures. Datum anno domini M^o.CC^o.LXXX. tertio.

Aus einem Copialbuche zu Wilhering.

XVIII.

1283. — *Chunrat, Abbt von Lambach, verleiht an die Brüder Utrich und Dietmar von Hagensperg und an Heinrich, ihrer Schwester Sohn, eine Hube in Hohberg zu Erbrecht.*

Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod nos *Chunradus* dei gratia abbas totusque conuentus fratrum *ecclesie Lambacensis* vnanimi consilio *Vlrico* et *ditmaro de Hagensperg* fratribus et *heinrico* consubrino ipsorum totique posteritati eorundem *Hvbam* in *Hohperg* nostre ecclesie adtinentem iure hereditario conferre decreuimus tali condicione, ut singulis annis pro seruicio de eadem hvba in Natiuitate beate virginis iij. solidi denariorum antiquorum et decem denarii pro aduocatia et tres pulli apud eosdem requiri debeant et haberi. Vt autem prescripta maneant inconuulsa, nostri et conuentus sigilli munime hanc litteram iussimus premuniri cum testibus subnotatis. Datum anno domini M^o.CC^o.LXXXIIJ^o.

Aus einem Codex im Stifftsarchive zu Lambach.

XIX.

1284. 25. Februar. Schauberg. — Die Brüder Wernhart und Heinrich von Schauberg verleihen dem Kloster Aldersbach Mauthfreiheit zu Aschach.

Wir wernhart vnd Heinrich brüoder von Schowenberch tûn allen den chunt, di disen brief vernement, daz wir durch besunder libe, di wir haben zu dem erbaerigen Abbe Heinrich von Alderspach dem selben gotshaus di gnade getan doch ze voderst durch got, daz man in ein pfunt saltzes des weiten bantes zeinem mal in dem iar fueren sol daz ascha fuer vngemoutt ewichlich, ouch sûlen si her ouf wider wazzer fuern vngemout, swaz in wirt wines in ir wingarten vnd swaz in getraides wirt ouf ir aekchern, vnd sol daz ir bot bewaern, daz daz vorgebant guot in worden sei ouf ir aekchern vnd in ir wingarten. swaz si vazz bedürffen nûwe oder alt, di sûln ouch vngemoutt fûrgen. Si sullen ouch vngemoutt fueren gezimber, daz si mit bezzern ir hof, ob si verbrunnen oder so foul wurden, daz si zimbers bedorfften, als vil, als ir notduorft darzu ist. Darûber geben wir disen brief versiegelt mit vnsern insigeln zeinem vrehuende mit disen gezeugen: Der Erbaerig Abbe Wolfram von Wilhering vnd bruoder Houg, bruder gerhart von Alderspach, Herrn wernharts sune von Schowenberch Her Leutold, Heinrich vnd wernhart di brüder Ch(unrat) von fûrt, Ludwich Schiver, Haertneit von Lichtenwinchil, Ul(rich) vnd Leutold bruder von Mitterberch, Ch(unrat) Stal von Julbach vnd ander biders laeut. Der brief ist geben ze Schowen(berch) nach Christes geburt ubir tausend iar zwai hundert in dem vier vnd ochzigsten iar an sant Mathiastag.

Orig. auf Perg. Zwei Siegel. K. baier. Reichsarchiv. — Mon. boic. V. 392 und Hund-Gewold (ed. Monac.) II. 71.

XX.

1284. 27. März. Ror. — Die Brüder Johann und Otto von Ror übertassen dem Spítale am Pyhrn einen Hof in Pirche und bestätigen die Schenkung ihres Vaters über den Hof bei Krems.

In nomine domini Amen. Nos Johannes et Otto fratres de Rore Notum facimus omnibus presentes litteras inspecturis, quod nos

curiam in *pirche*, quam nos in feodo ab *ecclesia Babenbergensi* semper habuimus et modo domina *Ieta quondam vxor Otockari de Lueterbach* pro tempore vite sue a nobis tenet in feodo, pure ob reverentiam dei in remissionem omnium peccatorum nostrorum *hospitali sancte Marie in pyrno monte* damus libere ac legamus ita, vt post mortem dicte domine Jute memorata curia cum omni iure nobis competenti predicto hospitali in perpetuum seruiat nomine proprietatis, nulla nobis uel alicuj parentum nostrorum vel successorum Jura aduocatie reseruantes. Confirmamus etiam et ratas habemus omnes donationes dilecti patris nostri *Ot.* Factas eidem hospitali super curia apud *Cremsam*. In cuius rei testimonium presentes literas sibi dedimus et sigillorum nostrorum munimine iussimus roborari. Huius rei testes sunt *dominus Chunradus hospitalarius eiusdem ecclesie, Herebordus auunculus noster de Traeberch, Otto dicitus Walre, Heinricus vier, Heinricus de Puchchirchen, Livpoldus zærtel, Heinricus de vrahe* et alij quamplures fide digni. Datum in *castro nostro Rore* Anno domini M^o.CC.LXXXIII. VI. kal. Aprilis.

Orig. auf Perg. Zwei Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

XXI.

1284. 15. April. Spital am Pyhrn. — *Bertholt, Bischof von Bamberg, bestätigt dem Spital am Pyhrn den Besitz mehrer Güter, welche Lehen der Kirche Bamberg waren und von mehreren Edlen nach Spital vergabt wurden.*

Nos *Bertholdus dei gracia Babenbergensis Ecclesie Episcopus* Omnibus presencium inspectoribus cupimus esse notum, quod, cum *hospitale ecclesie sancte Marie in pyrno monte* ex eo, quod primum fundatum et plantatum est ab ecclesia babenbergensi, ex iuris debito teneamur pre aliis ecclesiis promouere et cum ipsum hospitale amplectamur fauore et beniuolencia ampliori, eidem hospitali hanc facimus *graciam specialem*, quod bona illa vniuersa, que a nobis et ab ecclesia babenbergensi iure feudali possessa sunt et collata, dicto hospitali a personis illis, que inferius nominaliter exprimuntur, ipsi et prefate ecclesie in pyrno monte per has literas confirmamus, primo uidelicet curiam *uf dem puhel* sitam in *valle Gerstensi* et hubam in *chirchdorf*, dicta bona per nos collata fuerant auunculo nostro domino *Friderico burchgrauio de Nurenberch*, qui postea ea contulit *alberoni de puchaim*, idem vero al. donauit ipsa bona prehabito

hospitali, que eciam bona ex morte *Otakari de Luterbach* nobis et nostre ecclesie vacare ceperunt; Item Tres mansos in *Suetarn*, quos *wernherus de Slieberck* a nobis in feodo tenuit et dedit eos memorato hospitali; Item vnum mansum, qui dicitur *uf dem horne*, et vnum mansum *vnder dem puhel*, hos emit dominus *vlricus de capella* pro decem libris denariorum et dedit ipsos hospitali sepedicto. Horum vnum a nobis in feodo tenuit *Heinricus dictus Ruter* et alium *ab Ottone de Celtinge*, idem Ot. ipsum mansum possidebat in feodo similiter ab ecclesia *babenbergensi*. Iidem mansi siti sunt in *valle Gerstensi*. Idem feodum *uf dem gaststeig* super fluuio *Styer*, quod *Gotfridus de Truchsen* dedit supradicto hospitali et a nobis habuit in feodo. Item curiam in *pirchehe* sitam apud fluuium *Nuspach*, quam ipsi hospitali dederunt *Johannes* et *Otto fratres de Ror* et habuerunt eam a nobis tytulo feodali. Et vt bonorum supradictorum omnium confirmacio per nos facta permaneat stabilis atque firma, presentes conscribj fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum in *domo predicti hospitalis in pirno monte* anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto XVIIJ. kalendas maij.

Orig. auf Perg. Ein an einem Riemen hängendes Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

XXII.

1284. 1. Mai. *Atersee*. — *Berthold, Bischof von Bamberg, schenkt dem Kloster Wilhering ein Fischrecht im Atersee.*

Nos *Bertoldus* dei gratia *Babenbergensis episcopus* uniuersorum notitiæ præsentibus declaramus, quod nos inclinati precibus dilectorum nobis in Christo Abbatis et conventus monasterii in *Wilhering* Ordinis Cisterciensis ipsi abbati, conventui et monasterio in remedium animæ nostræ dedimus et assignauimus cum omni iure et utilitate unam piscariam in lacu nostro *Atersee*, quæ piscaria in *Seegen* vulgariter nuncupatur, hoc sane incluso, quod prædicti pisces nec debent vendi vel ad alios usus converti, sed simpliciter administrandi sint fratribus, qui diu noctuque Deo in prædicto monasterio diuinis laudibus famulantur: Prænominati etiam fratres et conventus ipsius monasterii in *Wilhering* nostri jugem habebunt memoriam in eorum orationibus . . . et nobis decedentibus ipsi dein anniversarium obitus nostri missarum solemnibus et aliis consuetis orationibus

celebrabunt. In hujus rei memoriam et ut nostra donatio sit perpetua, præsentēs litteras conscribi et nostro sigillo iussimus insigniri. Testes hujus rei sunt dilecti amici nostri *Wernhardus et Hainricus nobiles de Schounberch, Chunradus, Dietricus notarius noster, Chunradus Vurter, Chunradus Stall, Fridericus, Ulricus dicti de Chamer, Alramus Officialis noster, Chunradus Züman* et alii quam plures. Datum in *Atersee* Anno Domini M.CC.LXXXIV. Kal. Maji.

Kurz, Beiträge. IV. 546.

XXIII.

1284. 10. Mai. Osterhofen. — *Bertholt, Bischof von Bamberg, erklärt die vier Schiffe des Klosters Aspach am Atersee von allen Diensten frei und ledig.*

Nos *Berhtoldus dei gratia Babenbergensis Episcopus* notum esse volumus vniuersis has litteras inspecturis, quod nos inherentes vestigiis antecessorum nostrorum, qui monasterium in *Aspach* extulerunt singularibus promotionibus et ditauerunt, eidem Monasterio ac dilectis nobis in christo domino abbati et conuentui dicti loci hanc facimus gratiam singularem. Quod quatuor naues, quas in lacu nostro *Aterse* de bonis eorum *Lengort* habuerunt, dimittimus et esse volumus precise et simpliciter a quolibet obsequiorum genere nobis et nostre ecclesie abinde exhibendo deinceps liberās et solutas, cum etiam dicte naues a retroactis temporibus antecessorum nostrorum libere fuerint absolute. In huius rei memoriam presentes litteras nostro sigillo iussimus roborari. Testes vero huius rei sunt *dilectus auunculus noster Henricus de Eberstein canonicus Babenbergensis, Chunradus et Ditricus nostre Curie capellani et Notarii, fideles nostri Henricus de Zabetstein, Eberhardus de Stolzenrad, Alramus officialis noster de Aterse, Fridericus Saxo de Osterhouen, Engelschalcus de Hag, Henricus Ziteman* et alii quam plures. Datum in *Osterhouen* Anno domini Millesimo Ducentesimo octuagesimo quarto, VI. Idus Maii.

Orig. auf Perg. Das Siegel an Seidenfäden abgefallen. K. baier. Reichsarchiv. — Abgedruckt Mon. boic. V. 175.

XXIV.

1284. 4. Juli. — *Kremsmünster und Niedertach erneuern die schon früher eingegangene Gebetsverbrüderung für Verstorbene und geben ihr eine grössere Ausdehnung.*

Reuerendo in Christo patri et domino *Friderico venerabili abbati in Chremsmünster* eiusdemque loci honorabili Collegio *Poppo dei gracia abbas in altah inferiori* et conuentus ibidem oraciones in domino Jesu Christo. Dudum inita inter vestrum et nostrum Monasteria fraternitatis mutue carissima nobis pacta desiderantes in suo vigore durare, ea ad instanciam et requisicionem carissimorum fratrum *Chunradi et Ditmari* cum aliquibus addicionibus presentibus innouamus. Singulis igitur annis post dominicam domine in tua misericordia, proxima vacante feria, omnibus apud vos defunctis in nostro monasterio et pro nostris defunctis in vestro monasterio pulsatis campanis officium vnum fiat, videlicet in uesperis vigilie ex integro, ut est moris, et de mane missa vna publice cum Conuentu; preterea ad vnam priuatam missam ipso die singuli presbiteri teneantur, alii inferiorum ordinum litterati quinquaginta psalmos dicant, et qui litteras nesciunt, cum Ave Maria dicant totiens pater noster, et corporalem quilibet suscipiat disciplinam. Cum vero alicuius vestrum nobis fuerit obitus nunciatus sev vobis alicuius nostrum, singuli presbiteri ad tres priuatas missas teneantur, alii inferiorum ordinum litterati ad vnum psalterium, non litterati autem dicant secundum consuetudinem cum Ave Maria innumero pater noster et insuper quilibet tres corporales accipiat disciplinas. Pro vobis vero domine friderice abbas in vestro obitu in missis, vigiliis et oracionibus omnia faciemus, que apud nos pro nostris abbatibus fieri sunt consueta, vt michi popponi abbati similiter apud nos fiat, cum meus obitus nobis fuerit nunciatus. In cuius rei amplio rem memoriam presentes litteras vestre transmittimus caritati. Datum Anno domini M.CC. Octogesimo Quarto, III. Nonas Julii.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 121. — Pachmayr, Ser. Abbat. Cremif. 141.

XXV.

1284. 8. Jull. **Wernstein.** — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, bestätigt die Rechte und Freiheiten des Klosters Waldhausen.*

Albertus Dei gratia Dux Austrie et Stirie, Dominus Carniole, Marchie et Portusnaonis vniuersis presentibus et futuris, ad quos presens scriptum peruenerit, Salutem. Venientes ad nostram presentiam honorabiles viri *Fridericus* prepositus et Conuentus Ecclesie Sancti Johannis Evangeliste in *Walhausen* humiliter postularunt, vt ipsius gratias et libertates quasdam eisdem et Ecclesie ab Illustribus quondam *Liupoldo et Friderico Ducibus Austrie* recordacionis inclite predecessoris nostris concessas liberaliter et indultas iuxta privilegiorum suorum nobis exhibitorum tenorem innouare de speciali et affluenti gratia dignaremur, videlicet, vt annona ipsorum et res alie et naues sursum vel deorsum ducende in alveo danubii a *Muta* in *Stein* et omni thelonio ac tributo excepte sint perpetuo transitu libero gauisire. Item vt de bonis et possessionibus ipsorum prouentus, qui in vulgari *Marchfûter* dicuntur, soluere minime teneantur astricti, Set eosdem suis applicent vsibus et prebende. Postremo vt nullus vnquam iudicum aut prefectorum nostrorum in *Machlant* et in Ciuitate nostra *Lâ* aliquam sibi jurisdictionem aut prouentuum receptionem aut quamecumque exactionem in prediis Ecclesie memorate uendicare debeant vel presumant, Sed potius eos, qui in dictis locis pro tempore iudices fuerint, possessionibus prenotatis in hac forma debeamus constituere defensores, vt nichil ratione aduocatie nostre aut tuicionis sue pretextu a sepedictis prediis teneantur vel andeant vsurpare. Nos igitur Predecessorum nostrorum ad instar Ecclesiam prelibatam in suis iuribus et gratiis fouere fauore uolentes et gratia speciali, vt et nobis bonorum operum suorum suffragia ad uite presentis comoda et eterne felicitatis proficiant incrementa, prefatas libertates, jura, donaciones et gratias sepedicto Conuentui et Ecclesie indultas, prout presentibus exprimuntur, de habundancia et plenitudine gracie specialis admittimus, approbamus, jnnouamus et presentis scripti patrocinio comunimus. Nulli ergo hominum hanc nostre jnnouacionis paginam liceat infringere vel quomodolibet perturbare. Siquis vero in contrarium quitquam attemperare presumpserit, indignationem nostram ipso facto se nouerit incurrisse. In cuius rei testimonium et

cautelam presens scriptum Sigilli nostri munimine jussimus Robare Testibus qui presentes aderant, annotatis et hii sunt *vir nobilis vtricus de Toufers, viri strenui Liutoldus et Hainricus fratres de Chunring, Stephanus de Meyssow Marschalcus austrie, Fridericus dapifer de Lengbach, albero de pueheim, vtricus de Capella, Otto de volchemstorf, Chünradus de Capella, Johannes de Ror et Fridericus de Houseke*. Datum per manus *Magistri Gentzonis nostri prothonotariü in Castris apud Wernenstein Anno Domini Millesimo ducentesimo octogesimo quarto, viii^o. Idus jvlii.*

Orig. Perg. mit einem an gelben und violetten Seidenfäden hängenden, ziemlich gut erhaltenen Reitersiegel im Museums-Archive zu Linz. — Abgedruckt bei Kurz, Beiträge IV. 466.

XXVI.

1284. 14. September. — *Konrad von Hartheim verkauft dem Kloster Wilhering ein Lehen zu Hard.*

Ne gestarum rerum memoriam tollat obliuio, solent facta hominum perpetuo duratura scripturarum apicibus et bono testimonio perennari. Innotescat igitur tam presentibus quam futuris, quod ego *Chünradus iunior de Hartheim* nec non *Agnes* vxor mea feodum situm in *Harde*, in quo nunc domina dicta *Thulhaimerine* moratur, cum consensu optimo heredum meorum aliorumque amicorum nostrorum Ecclesie beate Marie virginis in *Wilhering* pro decem libris denariorum donauimus et vendidimus usu fructuario et tytulo proprietatis liberaliter et perpetuo possidendum, hoc adiecto, quod tenore presencium promisimus et adhuc promittimus, quod idem feodum ab omni vexacione et inpeticione heredum nostrorum et omnium amicorum nostrorum et quorumlibet aliorum defendere debeamus, ita sane, quod quicumque (sic) predicta Ecclesia in *Wilhering* per inpeticionem dicti predii dampni siue dispendii receperit, teneamur de omnibus nostris possessionibus pleno plenius restaurare. Ne igitur presens donacio simul et vendicio ualeat aliqua in posterum calumpnia perturbari, presens scriptum dedimus predictae Ecclesie in *Wilhering* nostri sigilli munimine et subnotatis testibus roboratum. Sunt autem testes *Leo officialis, Hainricus Schönawer, Otto Stuzelberger, Leupoldus filius suus, Hertnidus Röter, Hainricus et Leupoldus fratres sui, Vtricus Frelich, Otto filius Leonis officialis, dominus*

Rudolfus de Alharting, Hainricus frater suus, Rudolfus de Owe, Otakerus de Chirchperg, Walchunus de Percheim, Ortolfus de Alharting, Hainricus de Alharting, Otto officialis, Vlricus filius suus, Chunradus Chetzingen. Acta sunt hec anno domini M.CC.LXXXIII. XVIII. Kalendas Octobris.

Orig. auf Perg. mit einem hängenden Siegel (wie Hoheneck) auf grünem Wachse. Stiftsarchiv Wilhering.

XXVII.

1284. 26. September. Wien. — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, bestätigt die von seinem Vater, K. Rudolf, dem Ulrich von Capellen für achthundert Pfunde gemachte Verpfändung.*

Nos *Albertus dei gracia Dux Austrie et Stirie, dominus Carniole, marchie et portus naonis* recognoscimus et ad vniuersorum noticiam deferimus profitentes, quod, cum serenissimus dominus et genitor noster karissimus dominus *Rudolfus Romanorum Rex* Strennuo viro *vlrico capellario seniori* suo et nostro fideli dilecto propter expertam sue fidei puritatem et *Elisabeth* vxori sue ac suis heredibus vtriusque sexus procreatis vel procreandis ex ea aut aliis heredibus suis proximis octingenta talenta denariorum Wiennensium promiserit se daturum et idem dominus noster Rex non habens in parato pecuniam, sibi pro eisdem octingentis talentis bona subscripta, videlicet apud *sanctum Leonhardum inter Stampfam et Eistam* cum decimis et alijs pertinenciis, quecumque fuerint, decimam in *Rutenstein*, hybas in *Blasenstein*, forum in *Munspach* cum suis pertinenciis, curiam in *Winchel*, bona seu hybas in *Sewarn* et *prouinciale iudicum in Achlant* sub hiis condicionibus liberaliter obligauerit obtinenda cum omni fructu tamdiu, quousque ipsi vlrico, vxori sue et heredibus prenotatis plene data fuerit pecunia memorata, sibi propter sua fidelia obsequia omnia et singula, que ipse et heredes sui prefati de predictis bonis perceperint siue percipient ex liberalitate Regia tribuendo sic, quod illesa consciencia cuncta percepta uel percipienda ante solucionem debiti principalis habere valeant nec computare teneantur in sortem et si quis super premissis ipsum vel heredes suos dictos impeteret, quod contra illum ipse dominus noster Rex vel qui princeps terre esset, ipsos tueri deberet et dampna quelibet resarcire, Nos ipsius vlrici fidelia, que eciam nobis impendit, obsequia benignius

innuentes (sic) vniuersa et singula suprascripta cum ratihabitione innouamus, approbamus et in iisdem presentibus consentimus Dantes has nostras litteras sigilli nostri munimine roboratas in testimonium super eo. Datum *Wienne* vj. Kalendas Octobris anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto.

Orig. auf Perg. mit einem weissen Reitersiegel. K. k. geh. Hausarchiv.

XXVIII.

1284. 27. September. Gleink. — *Johann, Erzbischof von Capadocien, päpstlicher Legat in Spanien, ertheilt der Kirche Gleink während seines dortigen Aufenthaltes Ablass.*

Vniuersis Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris, ad quos peruenerit præsens scriptum, *Joannes miseratione diuina Sacræ Capadociæ Ecclesiæ Archiepiscopus Regni Armeniæ maioris Apostolicæ sedis legatus* Salutem in eo, qui Crucifixus, mortuus, Sepultus die tertia resurrexit. Quoniam Sedes Apostolica, quæ omnium Ecclesiarum cunctorumque fidelium caput esse noscitur et magistra, consuevit liberalem se petentibus exhibere non solum in gratijs Priuilegij specialis uerum etiam in remissionibus indulgentiæ communis, Hinc est, quod Sanctissimus Pater et Dominus *Papa Martinus Quartus* Nos Joannem Capadociæ Ecclesiæ Archiepiscopum, Armeniæ Regni maioris (sic) ad Partes *Hispaniæ* destinauit legationis nobis plenariæ officium iniungendo, vt more Samaritani vulnerati peccatis appropiantes vinum correctionis et misericordiæ infunderemus conscientijs sanitatis, Cumque ad dictæ legationis nobis a Summo Pontifice commissæ nobis effectui mancipandum iter assumpsissemus et per *Noricorum territoria* transitum faceremus, ad Monasterium sanctæ et intemeratæ Genitricis Dei Mariæ Virginis gloriosæ et beati Andrea Apostoli ordinis Sancti Benedicti Patauiensis Dioecesis quam plurimis laboribus fatigati diuertimus nobis et nostris euectionibus quietem et commodum inquirentes. Verum dicti Monasterij Pater et *Abbas Otto* nomine Vnacum uniuersis Fratribus nos suscepit in visceribus charitatis Cumque ab eisdem Fratribus et Patre loci intellexissemus illuc ob indulgentiam populorum frequentiam aduentare, pietate permoti nihilominus consulentes populi deuotioni, ne labor eorum foret irritus et inannis, Authoritate nobis commissæ legationis dicto loco quadraginta Criminalium dierum et centum venialium indulgentias concessi-

mus in perpetuum duraturas omnibus uere confessis et contritis, qui in festis dedicationum et Patronorum dicti Monasterij et omnium Capellarum eiusdem loci illuc concurrerint deuotionis gratia, Ita tamen, quod dicta indulgentia uiginti tantum dierum Festorum Sanctorum et dedicationum omnium annis Singulis non excedant (sic.) dies uero Patronorum et dedicationum, in quibus prædictæ indulgentiæ sunt concessæ, hic interserimus et præsentibus annotamus, uidelicet in quolibet festo gloriosæ Virginis Mariæ Matris Domini et in dedicatione Capellæ eiusdem, in natali et in decollatione Præcursoris Joannis Baptistæ, Item in festo Joannis Euangelistæ et ad Portam latinam, in dedicatione Altaris eiusdem, Item in Capella Sancti Spiritus in Pentecoste et in dedicatione eiusdem Capellæ, Item in inuentione et in exaltatione Sanctæ Crucis, in dedicatione eiusdem Altaris, Item in festo Patroni Principalis scilicet beati Andreæ Apostoli quadraginta criminalium et annum uenialium, Item in festo Sancti Nicolai et in dedicatione ipsius Altaris, Item in festo Sanctæ Mariæ Magdalenæ et in dedicatione ipsius Altaris, Item in festo Sancti Benedicti, Item in festo Beatæ Marthæ hospitæ Jesu Christi quolibet dierum dictorum quadraginta dies criminalium et centum uenialium perpetuo misericorditer in Christo relaxamus. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem præsens scriptum nostri sigilli caractere fecimus consignari, quia certe magnus fauor debetur eis, qui nos exules inopes ac etiam peregrinos ad humanitatis debitum cum abundantia charitatis in Vniuersalis Ecclesiæ præcipue et nostræ fauorabiliter negotio receperunt. Datum apud Monasterium *Glunicense* Anno Gratæ millesimo Ducentesimo octuagesimo quarto, Indictione decima tertia, in festo Martyrum Cosmæ et Damiani.

Aus einem Copialbuche des 17. Jahrhunderts zu Gleink.

XXIX.

1284. 27. September. Wien. — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, bestätigt dem Ulrich von Capellen die Mauthfreiheit und die niedere Gerichtsbarkeit.*

Nos *Albertus Dei gratia Dux Austrie et Styrie, Dominus Carniolie, Marchie et Portus Naonis* Vniuersis presentes literas inspecturis uolumus esse notum tenore presentium non minus profitentes, quod nos ad instar serenissimi domini et genitoris nostri karissimi Romanorum regis semper Augusti gratias, libertates et immunitates,

si quas strenuus Vir *Vlricus de Capella* dilectus fidelis noster ex concessione et gratia principum terre habuisse dinoscitur hactenus et hucusque, tales uidelicet, ut omnia uictualia sua tam in aquis quam in terra deducere sine thelonio et muta libere debeat hinc et inde, et quod nullus officialium, iudicum seu preconum in homines et bona ipsius Jurisdictionem et Judicium exerceat aliquale, exceptis tribus articulis, scilicet homicidio, furto et etiam mulierum oppressione uiolenta, qui quidem articuli cum sanguinis importantes debent generali iudicio reseruari, sic tamen, quod rej illorum facinorum non alio amictu quam cincti cingulo generali iudicio presententur, predicto *Vlrico* concedimus, innouamus et presentis scripti patrocinio approbamus. In cuius rej testimonium presentes literas sigillo nostro mandauimus communiri. Datum *Wiene* V. Kal. Octobris 1284.

Job. Hartm. Enekl, Collect. geneal. Msept. I. 49.

XXX.

1284. 29. September. — *Chadolt von der Altenburg versetzt an Wernhart, Richter zu Lilienfeld, die landesfürstlichen Lehen, das Panholz und den halben Mayrhof in dem Chenelpach.*

Ich *Chadolt Chaurats sun von der Altenburch* vnd mein erben wir veriehen offenlich an dem prief, daz wir mit verdachtem mvt vnd gnst vnser erben, zder zeit, do wir iz wol machten getvn, haben gesatzt vnser rechten lehens, daz wir ze lehen haben gehabt von dem erbern fyrsten *hertzogen Albrecht in Oesterich*, den mairhof halben in dem *Chenelpach* vnd daz panholtz, daz do leit pej Dietrechen in dem tal, daz emoln geraint ist avz dem pache in den andern, mit alle dev, vnd dor zv gehort ze veld, zdorf, gestift oder vngestift, versuchts oder vnuersucht, swie daz genant ist, dem erhern chnecht *Wernharten dem Richter von Liligenveld* zden zeiten gesezzen auf dem *Anger* vnd alle sein erben vmb sechs vnd zwaintzieh phvnt winner phenning, der wir recht vnd redlich gewert sein, vnd daz lasvng schol sein von sand Georigen tag, der schirist chvmt, vber vier iar vnd losen wir nicht an dem selben tage, so schollen sev vns her zv geben noch vier mann rat vnd schvllen danne ier lehen, di gft sein von dem egenauten fyrsten hertzog *Albrecht in Oesterich*, vnd schvllen allen iern frvm do mit schaffen, als satzt recht vnd landes gewonhait ist in Oesterich. Wir setzen vns ouch in der egenan-

ten gýt ze rechtem scherm vnd gewern fvr alle an sprach, als satz recht vnd landes gewonhait ist in Oesterich. Daz di red stet vnd vnzebrochen beleib, dor vber gib ich in den prief versigelt mit meinem Insigel vnd ist der red zevge *her Ott von Mainberch, her Dietrich von Weizenberch, chonrat der Eysenpettel* vnd ander erber leut genveg, den di sache wol chvnt ist. Der prief ist geben nach Christ geburd zwelif hvndert iar, darnach in dem vier vnd achezkisten iar an sand Michels tag.

Orig. auf Perg. mit einem Siegel von weissem Wachse (wie bei Hantaler). Schlossarchiv Gschwendt.

XXXI.

1284. 16. October. Krems. — *Agnes von Mistelbach* tauscht mit ihrer Schwester *Offmia von Starhemberg* einige Erbgüter um *Mistelbach* und *Hedreinstorf*.

Ego *Agnes de Mistelbach* notum volo fieri vniuersis tam præsentibus quam futuris, quod de consensu et optima voluntate filii mei *Marquardi* nec non aliorum heredum meorum concambium faciendo cum sorore mea *Offemia de Storchenberch* sibi dedi terciam partem *Ecclesie in Hedreinstorf*, que me ex patrimonio respiciebat, pro redditibus quinque talentorum sui patrimonii in *Mistelbach* sitis et ibidem in terminis circumquaque, michi eisdem per fratrem *Hadmarum* distinguens finaliter assignauit, videlicet *Heinricum procuratorem* pro talento denariorum, *Rudbertum* pro talento, *Ottomem Hinderburgarium* pro dimidio talenti, Pueros *Rodegeri de Asparn* pro dimidio talenti, Eisdem pro duodecim solidis. In *Scrich* sitis, Item eisdem pro Octogintis denariis In *Hedreinstorf* In *tybing* sitis, Item pro Sexanginta denariis in *Slez* in *Geren* sitis et hij supradictos redditus iure possident feudali. Ad huius igitur facti euentiam et dubium posteris penitus remouendum conscribi feci præsentem paginam ipsamque filii mei sigilli munimine roborauit Nomina testium subiungendo: *Dominus Hadmarus de valkenberch frater in Mevwerperge, Dominus Wichardus de Storchenberch Pataviensis Ecclesie Canonicus, Dominus Ditmarus de Loch, Otto de Havcenpach, wernhardus de Plentke, Heinricus procurator de Mistelbach, Otto Hinderburgarius, Heinricus de ymdorf, Hagno* et alij quam plures.

Hec autem facta sunt in *Chrems In domo dominarum iuniorum de Mistelbach* Anno domini M^o.CC^o.LXXX^o. qua rto, Septimo decimo kalendas Nouembris.

Orig. auf Perg. Rundes hängendes Siegel von weissem Wachse. Schlossarchiv Riedeck.

XXXII.

1284. — *Ulrich und Konrad von Capellen bezeugen, dass Rudolf von Kremsdorf einen jährlichen Dienst von vierzig Pfennigen auf dem Hofe zu Potendorf an St. Florian aufgegeben habe.*

Nos *vlricus et Chvnradius de Capella* scire cupimus vniuerso presentem paginam inspecturos, quod *rudolfus de Chremsdorf* in remedium anime sue censum quadraginta denariorum, qui sibi singulis annis soluebatur de Cvria in *Potendorf* spectante ad *domum sancti Floriani* relaxauit et donauit liberaliter syper altare sancti Floriani multis presentibus fide dignis. Et nos ad petitionem domini *vlrici prepositi* et ipsius Rudolphi presentem litteram scribi fecimus sigillorum nostrorum adpensione roboratam in huiusmodi facti siue donationis memoriam et cautelam. Actum anno Domini M. CC. LXXXIII.

Orig. auf Perg. Zwei Siegel an Pergamentstreifen, wovon eines ganz abgefallen, das andere durch Zerbröckelung unkenntlich. Stiftsarchiv St. Florian.

XXXIII.

1284. — *Leupolt, Propst zu St. Nicola, verleiht Herrn Otackar Wulfins Sohn, seiner Hausfrau Peters und ihrem Sohne Otackar ein Lehen zu Hartheim als Leibgeding.*

Nos *Leupoldus dei gratia prepositus* et Conuentus *Ecclesie sancti Nycolai apud Patauiam* scire volumus presentium inspectores, quod nostra voluntate communiter accedente Locaramus iure precario Libgeding vvlgariter nuncupato beneficium nostrum in *Harthaym* domino *Otacharo filio domini wlfini* et vxori sue *Peters* necnon filio ipsorum *Otacharo* tantum ipsorum trium vite tempora possidendum, possidendum inquam post obitum prememorati wlfini patris sui hac condicione annexa videlicet, vt inde tempore, quo annonam nostram de *Alnchoven* deducimus, ad nauim nostram Quatuor modios auene et terciam dimidiam cupulam siliginis nobis singulis

annis debeant assignare. Insuper in Purificatione beate virginis Quinque solidos wiennensium nobis dabunt. Quem censum si superse-derint, iuribus suis, quibus in eodem gaudebant beneficio, penitus sunt priuati. Nec licebit ipsis predictum beneficium vendere, obligare siue alio quocumque modo a nobis alienare, nisi de nostra licencia speciali. In Cujus rei testimonium eis has litteras tradi-mus sigillo nostro munitas nobis consimiles reseruantes. Testes sunt *Hagarius R. Lönro in Everding, vl. decimator noster in Aln-choven, vorthtlibus, w. villicus in Avst* et alij quam plures. Datum anno domini M^o.CC^o.LXXXIII^o.

Orig. auf Perg. mit einem eirunden Siegel von weissem Wachse. Museal-Archiv zu Linz.

XXXIV.

1284. — *Poppe von Grüenburg belehnt den Berchtold Neuzel mit vier Lehen zu Eckmansöd.*

Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum tem-pore testimonio perhennarj, proinde nos *Poppo de grven-purch* declarandum duximus vniuersis presentem turjs, quod *Perhtoldo filio neuzelinj* et vxorj sue *Gertrude* et heredibus eorum iure concessimus phevдали quatuor feoda sitas (sic) in *ekmansoede* perpetualiter possidenda et quod de bonis predictis ego vna cum pueris meis suus, quod in fulgarj (sic) dicitur gwer esse teneor atque volo vt hec actio firma et rata permaneat et incon-fulsa, presentem cedulam damus sigilli nostri munimine roboratam Testibus subnotatis: *Dominus Hainricus de lauffen et vtricus de colperge iudices anasj, Richerus de hagwalde, Hainricus de husendorf, hainricus siche, Otto dorfmaister, Dietricus de hun-gersperge, vtricus nendinch, Chunradus rosentrit, Sifridus neuzel, Ludwicus frater suus, Ekkardus gener suus, Gebhardus halber freunt, Marquardus magister pontis, vtricus filius suus, Siboto filius suus, vtricus notarius* et alij quam plures. Acta sunt hec anno domini M^o.CC^o.LXXXIII^o.

Orig. auf Perg. Ein Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

XXXV.

1285. 13. März. Wien. — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, bestätigt dem Kloster Wilhering seine Freiheiten: die Exemption, die Mauthfreiheit und die Erlaubniß, jährlich ein Talent Salzes über den Bedarf mauthfrei einführen zu dürfen.*

Albertus dei gratia Dux Austriae et Styriae, Dominus Carniole, Marchie ac Portus naonis vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, Imperpetuum. Ad vtriusque vite felicitatem prodesse nobis nequaquam ambigimus, si loca diuino cultui mancipata curauerimus in suis confouere iuribus et eorum commodo pia intendere voluntate. Ea propter viris religiosis Abbati et Conuentui *Monasterii in Wilhering* Cysterciensis Ordinis, qui iurium et libertatum suarum quas a serenissimo domino et Genitore nostro domino *Rudolfo romanorum rege* semper augusto nec non ab Illustribus quondam *Liupoldo et Friderico Ducibus Austriae* nostris antecessoribus sunt ex gratia assecuti, nobis instrumenta et priuilegia presentarunt, petentes humiliter et deuote, quatenus ipsis libertates huiusmodi, iura et gratias dignaremur de nostra benignitatis affluentia innouare; ad instar ipsorum predecessorum nostrorum assensu exauditionis votive duximus annuendum Recipientes dictos fratres cum bonis suis, quos et que preter nos habere nullum volumus, ut consuetum est hactenus, aduocatum in nostre defensionis presidium et fauoris gratiam specialem, Mandantes districtius, ne vllus eisdem grauet per exactiones indebitas in hominibus siue rebus. Item ipsius *Monasterii* homines a Generalibus placitis seu priuatis exemptos esse censemus et volumus, nisi illis adea venire placeat propria et libera voluntate. Vnde nullus *Judicum* nostrorum seu aliorum officialium uel preconum quicquam sibi iuris de cetero nostro aut alieno nomine uendicare presumat in prediis, possessionibus et in hominibus vniuersis *Monasterii* memorati, hoc duntaxat excepto, quod si fur vel alius Malefactor, qui pro maleficio in eisdem possessionibus fuerit deprehensus sine omni emolimento, succinctus tantum cingulo, nostro iudici uel illorum, in quorum iurisdictionibus maleficia perpetrantur, presentari debet, ut iustum fuerit puniendus. Preterea libertates fratribus prelibatis obseruatas hactenus et indultas consueto fauore et beniuolentia prosequentes statuimus, quod victuliam

sua vel alie res proprie ipsorum vsibus pertinentes tam in terris quam in aquis sursum et deorsum libre transeant sine omni exactione theloni sive Mute. Licet etiam et licebit dictis fratribus vnum talentum salis maioris ligaminis seu ponderis super id, quod fratrum et familie ipsius Monasterii necessitati sufficit annuatim, semel in anno ducere Mute debitum non daturis.

Vt autem hec omnia inconcussa permaneant et perpetue robur obtineant firmitatis, districtione firmissima inibemus, ne quis hanc nostre innouationis paginam et continentia in eadem infringere vel turbare attemptet, sicut indignationem nostram grauissimam voluerit (sic) euitare, Dantes in cautelam et testimonium euidens huius rei presentes litteras sigilli nostri consignatas karactere et patrocinio communitas. Datum *Wienne* Anno Domini M^o.CC^o. octogesimo quinto, III. Idus Martii.

Orig. auf Perg. im Stiftsarchive zu Wilhering. Das Siegel hängt an gelben und grünen Fäden und ist ziemlich gut erhalten. Ein einfaches Reitersiegel und entspricht vollkommen der Abbildung bei Hanthaler, Recensus II., Tab. XXII. Nr. I. — Abgedruckt bei Stülz, Wilhering 553.

XXXVI.

1285. 11. April. Weltz. — *Lehenrevers des Abbes Heinrich von Admont im Namen seiner Neffen.*

Nos *Henricus miseratione divina Abbas Admontensis, scriba Styrie et superioris Austrie* universis presentium inspectoribus volumus esse notum, quod *vlricus et Henricus fratres filii sororis nostre* subscripta feoda, quorum proprietas et Dominium ad *Ecclesiam Frisingensem* pertinere dinoscitur ex antiquo, a manibus reverendi in christo Patris Domini *Emichonis venerabilis Episcopi Frisingensis* receperunt feudali titulo possidenda, videlicet tam feudo prope *Jastorf*, quod vulgo dicitur *in der Planütz*, et unum *an dem Stalpaum* et rursum aliud ibidem, item Hubam in *veustritz*, item duas hubas in *polano* et unam in *Rotenmanne*, item tres hubas in *Hinterekke, rivinik et Grillenperge*. Ne autem super hoc aut predictorum feudorum dominio aliqua in posterum lis vel dubium creetur, hanc cedulam presentibus et recognoscentibus predictis vlrico et Henrico conscribi fecimus ac nostri sigilli munimine roborari presentibus testibus subnotatis, videlicet *comite Gerhardo*

Preposito sancti Andrae Frisingensi, domino Friderico preposito Mosburgensi, Domino Emichone preposito Werdensi, Magistro Rudgero curie nostre notario, Domino chunrado Grabnerio, Domino Wlvingo de Haunowe, Domino Ekharde de Vihdorf, Domino Alberto pretio militibus et aliis fide dignis. Datum apud Weltz Anno domini Millesimo CC^o.LXXXV^o. tertio Idus aprilis.

An dem Originale hängt des Abbt's Siegel. Die Copie ist aus dem Originale, welches einst im Archive zu Freising aufbewahrt wurde, genommen durch den Hofrath Hoheneicher.

XXXVII.

1285. 13. April. Waldhofen. — *Adelheid von Rinsberg verzichtet gegen Bischof Emich von Freisingen auf eine streitige Hube und einen Mann zu Haberfeld.*

Ich *Alheit von Rinsperch* tûn chunt allen den, die disen prief hõrnt vnt sehent, daz der chriek, der zwischen minen Herren *Emchen dem bischof von frisingen* vnt mir gewesen ist vmbe die hûbe vnt vmbe den man datze *Haberuelde* also geschaiden ist mit vnser baiden gutem willen, daz ich gûtlichen vnt ze durhslacht von der hûbe datze *Haberuelde* gestanden pin, der ich iach von dem gotshause von frisingen ze lehen auf die genade, daz mir min herre pischof Emche von vrisingen die hûbe, diu da haizet *an dem Hirn*, gelihen hat ze rechtem lehen vntz an minen tot an walt, gemerche vnt an zehenten vnt an marchfuter vnd sol daz haben als andriv miniu lehen, div ich han von dem selben gotshaus, vnuerchumbert, verchumbert auer ichz darûber, so si daz selbe gût dem gotshause von frisingen ledich. Des sint gezivge *Graue Gerhart der probst von sant andre*, *Herre Friederich der probst von mostburch*, *Graue Emche der probst von Wertse*, *Maister Rûdger vnt Herre Herwort die chorherren von sant andre*, *Herre Otte der pharrer von Nivenhouen*, *Herre Ekhart von vihdorf*, *Herre chûnrat von Vanstorf*, *Herre Albreht der proter*, *Herre arnolt der piber*, *Herre Otte von zaelkingen*, *Otte vnt albreht von vihdorf*, *wlwinch von Randeke*, *Richer wolfstain*. Diser prief ist gegeben datz *Waidhouen* nach Christes gebûrt tausent iar, zwai hundert iar, in dem fûnf vnt ahzegisten iar des phinztages nach dem ostertage.

Orig. auf Perg. mit einem angehängten runden Siegel von weissem Wachse, das in dem Schilde drei Schlägel enthält. K. k. geh. Hausarchiv.

XXXVIII.

1285. 24. April. — Die Brüder von Lobenstein treten dem Abte von Wilhering einen Hörigen ab, den ihm zwar schon ihr Vater geschenkt.

Testamentum immobile et irrevocabile permanet, cum illud et uox testium et auctoritas roborat scripturarum. Proinde nos *Sighardus et Albero fraters de Lobenstein* clarescere cupimus uniuersis tenorem presentium inspecturis, quod, cum per longa tempora inter nos fratresque nostros *Otakarum et Petrum* ex parte una ad abbatem monasterii de *Wilhering* ex parte altera lis et contentio haberetur pro quodam colono nomine *Ditmaro filio Hartmudi* quondam residentis in *Durchsteten* in predio uidelicet, quod pater noster dominus *Vlricus* felicitis memorie una cum dicto colono positus in extremis prefate dedit ecclesie pro anime sue remedio ob honorem gloriose uirginis *Marie*, habito consilio et deliberatione debita tandem cessimus liti et contentioni ita, quod super proprietate persone supradicti *Ditmari* publicam coram testibus fecimus abdicationem et abstipulationem, quod uulgariter dicitur fürzicht, offerentes eundem beate uirgini *Marie* in *Wilhering* titulo proprietatis perpetuo permansurum, aperte nichilominus profitentes et promittentes per tenorem presentium super predictam defensionem debitam et exhibere nos auctores, quod uulgo dicitur Gwer, contra heredum nostrorum uel etiam aliorum quorumlibet inpetitionum impulsus et querimonias. Dampnum quoque, quod dicta ecclesia pro tali causa receperit, promissimus integraliter resarcire. In cuius rei testimonium presens scriptum sepedicte dedimus ecclesie nominate sigilli et uoce testium munimine (sic) roboratum. Sunt autem testes dominus *Heinricus de Volchenstorf*, *Otto dictus Rotenmoser*, *Siboto et Ditmarus dicti Asenboum*, *Chunradus Pauzwekk*; De conuenta in *Wilhering* frater *Chunradus* prior, *Hugo*, *Heinricus Rotel*, *Otto cellerarius*, *Chunradus portarius* et alii plures. Datum anno domini M^o.CC^o.LXXX. quinto circa festum *Georii*.

Aus einem Copialbuche im Stiftsarchive zu Wilhering. — Die zwei Brüder *Otakar* und *Peter* hatten schon 1284 dem Streite entsagt und sich verbunden, auch ihre Brüder zur Entsagung zu vermögen und allen Schaden zu ersetzen, welchen diese dem Kloster zugefügt hatten. Zeugen: *Frater Hugo*, *Otto cellerarius*, *Baldwinus*, *Arnoldus*, *Wernherus*, *Chunradus Casar*, *Heinricus Arter*, *Heinricus de Louwelt*.

XXXIX.

1285. 31. Mal. Tirnstain. — *Heinrich von Witrach gibt dem Rech das halbe Haus zu Luftenberg als Lehen.*

Wir *Heinrich von Witrach* vnd *Chungent* min *Housfrowe* vnd *Alber* vnser *Sun* vnd *Hadmar* vnser *Enichel* tun allen den chunt, die disen brieff ansehent, daz wir vnserm lieben dem *Rehe* vmb den dienst, den er vns hatt getan vnd vns noch erbieten mak, vnser *halbez hoves Luftenberg*, des eigenschaft vns angehoret, verlihen haben ze rechtem Lehen im vnd seiner housfrowen *Vron Mechtilde* vnd ier zwayer erben ewiglich von vns ze haben vnd allez daz güt, daz zu dem selben taile des vorgnanten hoves gehoret, als iz Her *Hainrich von Hage* von vns hatt gehabt. Vnd loben auch daz an disem Prieve, daz wir das vrogenante halbez hoves vnd daz güt, daz dazú gehoret, nicht zu vremen den bringen soln. Wir sollen iez vnsern Erben lazzen vnd suln auch iez den vrogenanten schennen (schermen) nach gemeinem rechte, daz daz also stette belibe, so hab wir dem vrogenannten *Rehe* vnd seinen Erben disen brief gegeben ze einem Vrkundte mit vuserem insigel verinsigelt vnd her *Leutolt von Chunring* hatt auch sin Insigel daran geleit ze einer cevchsal (sic). Wend im diz dinch wol chund ist vnd gewizzen Dises geschäftes vnd dises dinges sint gezeuch Herr *Hainrich von Chünring*, Herr *Vlrich von Cappelle*, herr *Chunradt von Huage* vnd herr *Gotschalk von Vlachenecke*, herr *Rudger von Zoucha*, herr *hainrich von dem Wasen*, herr *hainrich von Oedte*, herr *Chunradt von Praitenvelde*, her *hertwich von dem Wasen* vnd herr *Greiffe von Wiene*, her *Aram von Hertwigestein*, *Chvurat Gnovsse*, wiker vnd manig ander man. Diser brief ist gegeben zu *Tirnstain* von Christes gebuert vber toysent Jar zwaihundert Jar in dem funf vnd achtzigstem iar des nachsten Phinztages nach sand Vrbanes tak.

Enenkel, Collect. Genealog. Msept. I. 33.

1285. 25. Juli. — *Ruger und Arnold von Biberstein geben nach Wilhering ihr Eigen zu Biberau und zu Chunöde zum Seelgeräthe für ihren Vater.*

Wir *Ruger* vnd *Ottacher von Biberstein* tñn alle den chunt, di disen brif ansehent oder hörnt lesen, daz wir durch vnsers vater willen vnd ouch etlichmazze vmb phenning haben gegeben mit verdahtem mvt vnd mit gutem willen vnser vrowen sant Marien ze *Wilhering* vnd den brudern, di da vnserm herren von himelreich dinent, alle den erbetail, der vns ze recht an erbet von vnserm vater hern *Hainrich dem Pyber*, dez got genædichlich gedenchen sol, an dem aigen ze *Biberowe* vnd datz *chunnode* versucht vnd vnuersucht, reht alz ez vnser vater vnd wir her bracht haben also, daz ez daz vorgebant Chloster ze *Wilhering* in rehter aigens gewer haben sol immer mere ledichlich an alle ansprach. Wand aber vnser feter *her Arnold der Pyber von Helfenberch* daz vorgebant aigen ze *Biberowe* versacet het hern *Sigharten dem Gnevssen* durch sin vanchvzze mit vnserm willen, so tv wir chunt an disem brif, daz di vorgebant bruder von *Wilhering* daz selb aigen datz dem *Gnevssen* erlost habent mit vnserm willen vnd mit aigen phenning. Wir offen auch daz an disem brif, daz wir selbe vnd vnser Hovsvrowen, vnser chint ouch ouf dem vorgebant aigen reht vnd redlich vnd gentzlich furtziht getan habent vnd ouch daz wir gelobt habent vnd noch loben, daz wir dezselden aigens ze *Biberowe* vnd ze *Chunnode* halbes dez Chlosters gewer sin sullen ze hove vnd ze taiding, als reht ist; entu wir dez niht, swelchen schaden daz vorgebant Chloster vnd die brvter do von nemen, den schullen wir in abtvn. Wand aber dazselbe aigen zwischen vns vnd vnserm veterm hern *Arnold* vnd sinen chinden mit reinen niht anders getaillet ist, daz man ez taillet mit schobern ouf der wise oder mit fudern in dem holz, als ez her chomen ist, so tv aber daz chunt, ob ez vnser veter oder swer ez von im hat, niht also stete haben wil, daz wir ez mit im reinen vnd tailen schullen, als reht ist, vnd schullen aber dez selben taillez vnd der taillunge dez chlosters gwer sin, als wir vor gelobt haben. Dar vber hab wir disen brif geschriben vnd haben in gegeben dem Chloster vnd den brudern ze einem vrchunt gar wol vnd vil getreulich gefestent mit vnserm insigel vnd mit den gezivgen, di hi ges chriben stent, daz sint vnser herren baide *her*

Wernhart vnd her Hainrich von Schounberch, her Sighart vnd her Ottaker, her Alber vnd her Peter von Lobenstein, her Wernhart von Mezenbach, Fridrich. Chunrat vnd Sighart di Biber von Roteneck, her Eberhart von Tobel, her Herman Gneiss, her Wernhart von sand Vite. Wernhart vnd Heinrich vnd Marquard di Gnevsse, Ditrich der Amman, Eberlin vnd Ebran von Wessenberch, Vlrich vnd Marquart di Pirchinger, Herwort, Chunrat, Chol vnd Ortolf di Berndorfer, Sybot der forster, Ott der alt richter, Arnold von Lobenstein vnd ander, di dabei waren. Der brif ist gegeben vnd geschriben, da von Christes Geburd waren Tausent jar vnd zwaihundert jar vnd fuff vnd ohtzich iar nahen bi sant Jacobes Tage.

Aus einem Copialbuche im Stiftsarchive zu Wilhering. — Stülz, Wilhering 555.

XI.

Circa 1285. 3. August. St. Florian. — *Ulrich, Propst zu St. Florian, erklärt alle Guthäter des Klosters zu Theilmernern aller Verdienste der gottesdienstlichen Handlungen, welche zu St. Florian verrichtet werden.*

Uniuersis christi fidelibus presentem litteram inspecturis *Vlricus prepositus, Chunradus decanus* totusque conuentus regularium canonicorum *Ecclesie sancti Floriani* Patauiensis Dyocesis fraternam in domino caritatem. Cum spiritualia corporalibus existere meliora nemo ambigat saue mentis, felix credenda est conmutatio et omnibus futuram salutem prouidentibus amplectenda, qua pro terrenis celestia, pro transitoriis eterna salubri commercio capiuntur. Proinde ut fidelium mentes ad inpendendum nobis pro restauratione nostri monasterii de bonis temporalibus a deo sibi collatis pias Elemosinas et grata caritatis subsidia facilius inclinentur, Volumus, ut ipsi uersa uice pro hac seminacione terrenorum spiritualia nostra sibi metant domino concedente. Omnes igitur, qui pretextu memorati operis manum nobis porrexerint adiutricem, ad nostram admittimus firmitatem (sic pro fraternitatem) concedentes eis nichilominus participacionem spiritualem omnium bonorum videlicet missarum et aliorum diuinorum officiorum, orationum quoque, elemosinarum, ieiuniorum, vigiliarum, abstinentiarum, castigacionum et ceterarum spiritualium accionum, quas in domo nostra fieri in perpetuum dederit auctor bonorum omnium dei filius iesus christus. Insuper preter comunia (sic) et perpetua, que nostris benefactoribus

consueuimus adhibere suffragia, quilibet de nostro conuentu sacerdos specialiter per annum nunc instantem in qualibet septimana duas missas, vnam de beata virgine pro benefactoribus prelibati operis adhuc uiuentibus, aliam defunctorum pro his, qui decesserint, celebrabit. Alii uero fratres non sacerdotes eque per annum et singulis septimanis loco missarum septem psalmos dicent pro uiuis et uigilias pro defunctis. Generaliter autem pro omnibus benefactoribus nostris tam uiuis quam defunctis qualibet ebdomada in perpetuum tres missas, nisi obstet proprium diei offitium celebramus communiter in conuentu et ad omnes horas diuini officii singulis diebus preterquam in festis memoriam de ipsis specialem facimus et expressam. In horum itaque confirmationem et testimonium presentem litteram conscribi et sigillorum nostrorum apensione (sic) fecimus communiri. Datum *in domo sancti Floriani* in die inuencionis sancti Stephani.

Orig. auf Perg. Nur des Propstes Siegel hängt an der Urkunde. Stiftsarchiv St. Florian.

XLII.

1285. — *Gertrude, Witwe Utrichs von Traun, schenkt mit Zustimmung ihrer Söhne Heinrich und Hartnit dem Nonnenkloster Erla bei Aufnahme ihrer Tochter den Hof zu Pasching.*

Ego *Gertrudis* relicta felicis memorie domini *Vtrici de Trvna* Scire cupio Vniuersos presentem paginam inspecturos, quod de consensu filiorum meorum *Heinrici* uidelicet et *Hartnidi* curiam meam in *Pesshing* sitam Ecclesie sancti Petri in *Erlach* proprietatis legauit titulo pro nostrarum remedio animarum; vniuersitas uero eiusdem Ecclesie deuocionem meam considerans filiam meam in reconpensationem dicte curie suo coadunauit collegio sibi perpetuo commansuram et ne per successores siue heredes meos sev filiorum meorum Ecclesia memorata super eadem curia calumpniam in posterum patiat, presentem litteram scribi feci et sigilli mei nec non sigilli domini *chvnradi de capella* munimine roborari Testibus Annotatisi qui sunt *Dominus Vtricus de capella de Althenoven, Dominus Heinrichus de volchenstorf filius domini Ortolfi et dominus waltherus plebanus in Erlach, dominus Otto dictus vronsner, ulfingus de erlach, Heinrichus de wuldensdorf, Heinrichus, vtricus et chvnradi*

du dicti cesares, Vlricus et filius suus Heinricus de Neinzing, chvnradius cesar de heresing, Meinhardus de chlingelbrvn et plures alij, qui eidem facto interfuerunt, Audierunt pariter et uiderunt. Acta sunt hec Anno domini MCCLXXXV°.

Orig. auf Perg. Die Siegel abgefallen. K. k. geh. Hausarchiv. — Pez, Thes. Anecd. VI. II. 147.

XLIII.

1285. Waldhausen. — *Ulrich von Haus vertauscht seine Güter bei Dimbach gegen zwei andere des Gotteshauses Waldhausen bei Clamm.*

Vlricus dictus de Hause omnibus hanc litteram inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Tenore presentium dilucide protestor, quod accedente assensu uxoris mee et heredum meorum conmutacionem duorum prediorum meorum iuxta *Dünpack* cum viris venerabilibus Domino *Preposito Friderico* totoque conuentu fecj forma huiusmodi mediante, quod ipsi duo predia iuxta *castrvm Chlamme* in *Hezzenpench* (sic) et in loco, qui dicitur *Tilia*, ipsorum voto et assensu vnanimj accedente mihi liberaliter contulerunt. In cuius rei testimonium presentem paginam super hoc conscribj et sigilli mei iussi munimine roborarj. Datum in *Walthusen* Anno Dominj M°CC°LXXXV°.

Orig. auf Perg. Das Siegel abgefallen. Museal-Archiv zu Linz.

XLIV.

1285. — *Willebrief Ulrichs und Chunrats von Capellen, dass Atram von Atersee an Wilhering sechs und dreissig Pfeninge ihres Rechtlehens geben dürfe.*

Wir *vlrich* vnd *Chunrat von Chapelle* enbiten *Atram von Atersee* vnsern guten willen ze dinst. Vns hat fvr gelit vnser libe frivnt der *Abt vnd div samenvnge von Wilhering*, daz dv vnser frowen sant *Marien* ze *Wilhering* durch dines fater sele gegeben habst sechs vnd drizzig pfeninge geltes bi dem *atersee*, di dv von vns ze rehtlehen hast, also, ob ez vnser wille si. Daz tun wir dir chunt an disem brife, daz ez vnser gut wille ist, vnd gvnnen sin vnser frowen gar wol vnd dem chloster. Davber geb wir dir disen brife ze einem

vrrhñde. Der brife ist gegeben, da von Christes gebvrt waren
Tvsent iar vnd zwaihndert vnd fuff vnd ozcige iar.

Orig. auf Perg. Die zwei Hängesiegel verloren. Stiftsarchiv Wilhering. —
Stülz, Wilhering 556.

XLV.

1286. 20. Jänner. St. Florian. — *Die Brüder von Lobenstein bekennen, dass
der Streit zwischen dem Kloster St. Florian und ihnen wegen der Güter zu
Rauchenöd dahin sei entschieden worden, dass sie selbe gegen einen jährlichen
Zins von drei Schillingen besitzen mögen.*

Qvia humana natura prona est ad dissenciendum, necesse est,
ut facta hominum caucione litteratoria confirmentur. Proinde nos
*Sighardus, Otakcherus, Albero et Petrus fratres dicti de Loben-
stain* scire volumus vniuersos presentem paginam inspecturos. quod
lis, que inter nos ex parte vna et prepositum et Conuentum *domus
sancti Floriani* ex parte altera super quibusdam bonis sitis in *Rau-
chenöde*, siluis videlicet et campis cultis. et incultis ad eandem
ecclesiam tytulo proprietatis pertinentibus vertebatur, per arbitrium
prudendum virorum taliter est decisa vt nos easdem possessiones
tenere debeamus ad censum trium solidorum in die sancti Galli annis
singulis persolendum talibus condicionibus adiunctis, quod, si nos
statutum censum prescripto die, hoc est in die sancti Galli, soluere
neglexerimus, infra dies quatuordecim subsequentes superaddamus
censui lx. denarios pro emenda. Neglecta vero solucione eorundem
quinque solidorum infra quatuordecim dies iterum subsequentes lx.
denarios cum predictis quinque solidis tenebimur exhibere. Quodsi
nec illos VII. solidos persoluerimus infra dies quatuordecim tercio
subsequentes lx. denarios cum predictis VII. solidis tribuemus. Si
uero nec illi nouem solidi fuerint persoluti, sequenti anno in die
sancti Galli eosdem nouem solidos cum censu eiusdem anni, hoc est
duodecim solidos persoluemus. Illo eciam pretermisso rursus ad
emendam VI. solidorum infra sex ebdomas obligati sumus ordine
supradicto. Et si eosdem sex solidos cum predictis duodecim solidis,
hoc est XVIII. solidos finitis VI. ebdomadibus festum Galli sequenti-
bus soluere non curauerimus, predictae possessiones ex tunc ad utili-
tatem Ecclesie prelibate sine qualibet contradiccione nostra vel
heredum nostrorum reuertentur. Insuper eciam sciendum, quod, si

prefata predia VIII. ex nobis fratribus vel alicui successorum nostrorum ex integro in porcionem cesserint, idem od eundem censum tenebitur persoluendum. Quod si neglexerit, omnes possessiones ed eos redibunt nullo nostrum vel heredum nostrorum in eisdem prediis sibi ius aliquod vendicante. Si vero iuxta numerum coheredum in partes diuersas eadem bona fuerint diuisa, quicunque ipsorum partes illas habentium partem census, que ipsum contingit, soluere neglexerit, idem a suo iure cadet et pars possessionis, que eundem respicit ad nos aliis heredibus non contradicentibus reuertetur. Censu eciam supradictus exhibendus est prelo vel alii, cui fecerit assignare. Ego eciam Sighardus et fratres mei Otakeherus et Albero, qui prescripto interfuimus arbitrio, data fide promisimus, quod fratrem nostrum Petrum ad ratihabicionem eiusdem conposicionis inducere debeamus eo, quod presens non fuerit in hoc facto, Alioquin pro ipsis stabimus, quicquid grauaminis senserint ab eodem. In cuius rei testimonium presentem litteram scribi fecimus et duorum sigillorum nostrorum munimine roborari, Set et alii duo Albero uidelicet et Petrus sua sigilla, cum acqesserint, debent apponere, qui tunc temporis sigillis propriis caruerunt, Testibus adnotatis, qui sunt *Dominus Poppo et filius suus Hugo de Reichenstain, dominus Heinricus de volchensdorf, dominus Otto de zelking, dominus Chunradus de volchensdorf, Fridericus Castor et fratres sui Wernhardus et Chunradus, dominus Perchtoldus de Harthaim, dominus Hainricus de Ode, dominus Hermannus Gneusso, dominus Otto Wolfstain, Chunradus vbelacher, Chunradus Ekker, Hainricus Swainpekch, Vlricus de Sintzenperig, Seyfridus de Waliching, Ortolfus de Stadel, Heinricus Jacober, Eberhardus de Hage, Hainricus Iudex libere Ciuitatis* et plures alii, qui eidem facto interfuerunt, audiuerunt pariter et uiderunt. Datum in *domo sancti Floriani* anno domini M^o.CC^o.LXXXVI^o. in die sancti Sebastiani martiris.

Aus einem Codex des 15. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu St. Florian.

XLVI.

1286. 2. Februar. Augsburg. — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, bekennt, dass das Patronatsrecht der Kirche Lintz dem Bischofe von Passau zustehe.*

Nos *albertus dei gratia Dux Austriae et Styriae, Dominus Carniole, Marchie ac portus naonis* recognoscimus tenore presentium publice protestantes, *Juspatronatus Ecclesie Parrochialis in Lintza* Reuerendo in Christo patri et Domino nostro Domino *Wer. Ecclesie Patauiensis Episcopo* et suis successoribus attinere nullo nobis iure in ipsa Ecclesia Lintzensi ratione translationis seu transplantationis sue *de Castro infra muralia Cuitatis* penitus competente, Dantes has litteras Sigillo nostro munitas in testimonium super eo. Datum *Auguste* iij. Nonas februarij anno Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo Sexto.

Mon. boic. XXIX. II. 557.

XLVII.

1286. 2. Februar. Augsburg. — *Rudolf, Erzbischof von Salzburg, macht sich verbindlich, binnen Jahresfrist alle Einkünfte jener Lehen, welche einst die Grafen von Ortenberg und Mondsee von der Kirche Regensburg inne hatten und die der Kirche Aichbach erheben zu lassen.*

Nos *Rudolfus dei gratia sancte Salzburgensis Ecclesie Archiepiscopus*, apostolice sedis legatus profiteamur et constare volumus universis, quod in contractu permutationis, quem cum venerabili in Christo fratre nostro domino *Heinrico Ratisponensi Episcopo* et Ecclesia sua fecimus, promisimus bona fide, quod abhinc usque ad festum sancti Georii proxime affuturum et deinde infra annum omnes et singulos redditus feodorum, que olim *Comites de Ortenberch* in districtibus *Maense* a Ratisponensi Ecclesia tenuerunt, et universos redditus Ecclesie in *Aychpach* sine dolo et omni malo ingenio, diligenter et fideliter inquiremus, ipse vero dominus Ratisponensis Episcopus infra predictum terminum omnes redditus feodorum, que a nobis et Ecclesia nostra in Parochiis *Brichssen, Sel* et *Rordorf* a quibuscunque habentur vel sunt habitasque modo, simul cum redditibus earundem Ecclesiarum, in quibus nobis jus competiit patronatus, sine omni captione diligenti scrutinio promisit exquirere similiter

bona fide, ut post fidelem indaginem utrobique facta collatione omnium permutatorum reddituum equa lance Ecclesia nostra vel Ratisponensis, cui plus cessisse videbitur et que pinguiorem partem inventa fuerit recepisse, alteri Ecclesie tenebitur per similia feoda resarcire vel si magis placuerit excessu a parte majori defalcato permutatio ad equalitatem debitam reducat. Datum *Auguste* anno domini 1286, in purificatione beate Virginis, in predictorum testimonium et evidentiam plenioram.

Ried, Cod. Ratisb. I. 612.

XLVIII.

1286. 4. März. Salzburg. — *Tauschvertrag zwischen den Hochstiftern Salzburg und Regensburg, das Schloss Wildenek betreffend.*

Nos *Rudolfus* dei gratia sancte *Salzburgensis Ecclesie Archiepiscopus*, Apostolice Sedis Legatus tenore presentium profiteamur et notam esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos cum Capitulo nostro et juratis Ministerialibus Ecclesie nostre habito pluries maturo Consilio et tractatu recte considerationis oculis perpendimus, quod possessiones, jura, feoda, que in parochiis *Brixen, Sel et Rordorf* ab Ecclesia nostra hinc inde habentur in feodo, propter nimiam distantiam minus utiles Ecclesie nostre erant ideoque volentes eidem Ecclesie nostre meliora prospicere omnes et singulas possessiones, proprietates, predia, decimas, jura et jurisdictiones, advocatias et judicia cum omnibus suis pertinentiis cultis et incullis, quesitis et inquirendis. venationibus, piscationibus, saltibus, silvis et nemoribus, viis et inviis exitibus et redditibus, que ab Ecclesia Salzburgensi in predictis parochiis *Brixen, Sel et Rordorf* a quibuscunque nobiles et ignobilibus proprietatis et feodi titulo habentur vel hactenus sunt obtenta cum jure patronatus dictarum trium Ecclesiarum, uxorem quoque *Leupoldi dicti Ygel Civis Ratisponensis Elyzabeht* nomine cum heredibus suis utriusque sexus nunc existentibus et futuris permutando damus et tradimus venerabili in Christo fratri nostro domino *Heinrico Ratisponensi Episcopo* et in jus et proprietatem perpetuam Ratisponensi Ecclesie transfundimus et donamus renunciantes pro nobis et Ecclesia nostra juri, actioni et questioni, que de jure scripto vel non scripto vel quocunque modo alio competere nobis possent.

ipse vero Ratisponensis Episcopus de Consensu sui Capituli *Castrum Wildenekk*, proprietates, possessiones omnes et singulas, predia, decimas, advocatias, judicia, jura et jurisdictiones sibi competentes cum omnibus suis pertinentiis in districtu *Maense* cultis et incultis, quesitis et inquirendis, Venationibus, piscationibus, saltibus, silvis et nemoribus, feodatis et non feodatis, quod et que viri nobiles *Comites de Ortenperch* ab eo et Ecclesia sua proprietatis nomine et feodi titulo tenuerunt exceptis juribus quoad Investituram temporarium, quod in abbatia et Monasterio *Maense* sibi competiit ab antiquo et personis nobilibus seu militaribus feodis infeodatis ab eo immediate et quibuscumque aliis, que predictos Comites de *Ortenberch* minime contingebant, de quibus etiam in traktatu cum venerabili predecessore nostro domino *Friderico* prius habito exceptionem fecisse noscitur speciale Item omnia jura, proprietates, possessiones omnes et singulas, predia, decimas, advocatias, judicia, jura, jurisdictiones in *Villa Aychpach* cum omnibus suis attinentiis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, venationibus piscationibus, saltibus, silvis et nemoribus, que dilectus fidelis noster *Heinricus de Harschirichen* ab eo et Ratisponensi Ecclesia ibidem tenere dinoscitur, cum jure patronatu ipsius Ecclesie *Aychpach* nobis et Ecclesie nostre tanquam plus sibi distantia et nobis magis vicina permutationis gratia tradidit et donavit. Et sic permutationem et donationum alterutram inter nos anno domini 1285. VII Idus Julii *Salzburge* presente *Comite Dypoldo de Ortenberch* et ad manus venerabilis domini *Heinrici Ratisponensis Episcopi* omne jus, quod sibi in Castro *Wildenekk* advocatia, iudicio et aliis juribus in districtu *Maense* competiit, liberaliter resignante, cui soli jus feodi in illis recognovit, in rerum permutarum spem modo duximus confirmandum. In cujus permutationis testimonium presentem litteram Sigillorum nostri et Capituli nostri munimine duximus roborandam. Datum *Salzburge* anno domini 1286. IIII. Nonas Martii.

Ried, Cod. Ratisb. I. 612.

XLIX.

1286. 19. April. *Klamm*. — *Heinrich von Chlamme gibt der Kirche zu Bramberg einen Hof.*

Ego Heinricus de Chlamme tenore presencium profiteor vniuersis tam presentibus quam futuris, me ad instanciam domini *Friderici*

plebani jn pramperch aream mee hereditatis iuxta curiam plebalem in *pramperch* sitam in *pvhel* ab remedivm anime mee et antecessorum meorum eidem ecclesie in dotem contuli libere et absolute, pro qua collacione ipse predictus dominus fridericus michi XII. dedit solidos denariorum. Et ne hvius collacionis firmitas in posterum possit ab aliquo reuocari, hanc cedulam porrexi horum sigillorum mvnimine robaratam in evidens testimonium et cautelam testibus subnotatis videlicet *Domino Sifrido plebano in Edlitz, Domino Sifrido concanónico ecclesie in Reichersperge, Domino Vlrico uice plebano in Chlamme, Ortolfo dicto leitchéf, Salmanno dicto holtzaphel Egidio dicto holtzaphel, Hainrico Mvlschrat, Sifrido colono de prten.* Acta sunt hec anno domini M^o.CC^o.LXXX^o.VI. proxima feria ante dominicam quasimodo geniti Datum in castro *Chlamme*.

Orig. auf Perg. Die Siegel verloren. Stiftsarchiv zu Reichersberg.

I.

1286. 21. April. Wien. — *Bischof Bernhart von Passau verleiht der Klosterkirche zu Lambach für mehrere Festtage Ablässe.*

Wernhardus dei gracia Ecclesie Pataviensis Episcopus. Vniuersis Christi fidelibus Salutem in omnium salutari. Cupientes quoslib et christiane fidei professores ad ea deuocionis exercicia donis spiritualibus inuitare, vt eum, de cuius munere venit, vt a fidelibus suis sibi digne et laudabiliter seruiatur, in suis sacratis edibus suo cultui dedicatis pro perceptis ab ipso beneficiis deuota frequentia et dignis honoribus venerentur. Omnibus, qui Ecclesiam *Lambacensis Monasterii* jn festiuitatibus quatuor beate virginis Marie et Patroni et jn Anniuersario dedicacionis ecclesie et Altarium digna deuocione curauerint frequentare, de Omnipotentis Dei Misericordia et beati Stephani prothomartyris omniumque sanctorum patrociniis confisi Quadraginta dies de iniuncta penitencia, dum modo contriti fuerint et confessi, misericorditer in domino relaxamus. Volentes Indulgentie nostre gratiam huiusmodi perpetu (sic) duraturum. Datum Wiene Anno domini M.CC.LXXX sexto xj. kal. Maij.

Original auf Pergament mit dem daran hängenden, stark heshädigten Siegel des Bischofs im Stiftsarchive zu Lambach.

LI.

1286. 7. Juli. — *Gozzo und sein Sohn Irnfried, Richter in Krems, bezeugen den Ankauf eines Weingartens im Weinzirlberg durch den Abt von Kremsmünster, mit Angabe der davon zu leistenden Zahlungen.*

Nos *Gozzo et Yrnfridus. filius eiusdem, Judex in Chrems* tenore presentium publice profiteamur, quod venerabilis dominus *Abbas de Chremsmunster Fridericus nomine* vineam alteri dimidii jugeris in *winzurlperig* situatam ab *Engelberto* amico nostro omni jure, quo alie vinee solent emi, coram nobis libere comparavit perpetuo possidendam, de qua dictus Abbas vel alter, qui suum Officium rexerit, michi *Gozzoni* Triginta denarios et dominis de *zwetel* viginti denarios in festo sancti Michahelis pro iure Ciuili annis singulis est daturus. In cuius rei testimonium et cautelam presentem Cedulam cum subnotatis testibus nostris Sigillis iussimus communiri. Hii sunt testes, qui interfuerunt: *dominus Sifridus sacerdos, Hüperus. Andreas filius Liupoldi, Pilgrimus filius Sibotonis, Cives Steinenses, Jacobus filius Gozzonis, Gotfridus, Siboto, Woluelinus, vtricus. Cives in Chrems, Wikhardus prolocutor, Wikhardus dispensator Gozzonis, Chunradus willingerius, Wernhardus dictus pistor, Prehtlo sub vineis, heinricus et Heinricus filii sui, Gotfridus sub vineis, Richerus de Edelspach* dicte vinee comperator et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M^o.CC^o.LXXXVI. VII. Idus Junii.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 122.

LII.

1286. 21. August. *Euerdingen.* — *Wernhart, Bischof von Passau, beruft im Auftrage des Metropolitän den Clerus seines Sprengels auf die Vigil des heil. Matthäus zu einer Synode nach Salzburg.*

Wernhardus Dei gratia ecclesie patuviensis Episcopus Dilectis in Christo fratribus vniversis prelatiis, abbatibus, prepositis, Archidiaconis sue dyeceseos salutem et sinceram in domino karitatem vestra fraternitas nos recepisse literas et mandatum Reverendi domini et patris nostri domini *R (Rudolfi) sancte salzpurgenensis ecclesie Archiepiscopi* noverit in hec verba:

Venerabili in Christo fratri et amico karissimo Domino W. pataviensis ecclesie Episcopo *Rud.* Dei gratia *sancte Salzpurgensis Ecclesie Archiepiscopus, Apostolice sedis legatus, Imperialis aule cancellarius* sinceram et fraternam in domino karitatem. Audiuimus frater dilectissime, quam nos audisse oportuit sed audisse profecto non libuit querelam grauem et dolore non uacuum prelatorum et generaliter nostre prouincie clericorum, quod emunitas ecclesiastica hactenus sub vigore debito conservata — angariis et parangariis — aliisque seruitutis oneribus ad diminucionem capitis vltimam potestate laica tam indebite sit inducta et cottidie deducatur et serua de libera — et ancilla iam facta de domina — status et condicio ecclesie per partes nostre prouincie de gloria in ignominiam sit mutata — Vnde quamuis triste sit nobis ualde, quod loquimur, — suscepti tamen sollicitudo regiminis instanti cor nostrum pulsata aculeo et prophete nos monet excitatio non ascendentes ex aduerso — neque oponentes se murum pro domo israel increpantis, — ut iminentibus periculosus — periculis celeri consilio et provido remedio ouiemus — ne videamur mercenari — sed veri pastoris uicem, qui animam suam pro ouibus suis posuit, possidere. Sane quia iubente iuris regula, quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, fraternitatem vestram requirimus et monemus, vobis in virtute sancte obedientie firmiter iniungimus et mandamus, quatenus associatis vobis omnibus et singulis — Abbatibus, prepositis, Archidiaconis, ac aliis prelatis vestre civitatis et dyeceseos ad provinciale capitulum *Salzpurge* in vigilia sancti Mathej apostoli preemtorie celebrandum omni excusacione postposita veniatis, quatenus de vestro aliorumque suffraganeorum et prelatorum nostre prouincie communi consilio et auxilio adunato — modos et vias pariter inquiramus, quibus pro defensione gregis et pro statu incolomj, libertatis Ecclesiastice conservando, valeamus aduersis mundi potestatibus contraire. Absit nempe, ut nostris temporibus inestimabilis hereditas et libertas contra priuilegia apostolica et imperialia subigatur iugo tributarie exemplo perniciose, et in malam et perpetuam trahende consequenciam seruitutis, melius siquidem incidere in manus principis temporalis, quam predia usibus secretorum celestium dedicata, prophanis dissimulanter submitiendo abusibus, eternam ledere maiestatem.

Datum *Salzpurge* — anno Domini M.CC.LXX. sexto pridie ydus Augustj.

Huiusmodi itaque mandatum reverenter ac decenter, ut tenemur (re) cupientes vniuersis vobis ac singulis iniungimus ac mandamus, quatenus vos obmissis excusacionibus quibuscunque studeatis taliter apparari, ut una nobiscum in dicto concilio concurratis.

Datum in *Euerdingen* XII. Kalendas Septembris.

Hormayr, Archiv. 1830. 812.

LIII.

1286. 28. August. St. Florian. — *Ulrich, Propst von St. Florian, bewilligt, dass der Dienst von dem Hofe zu Hautzenberg auf das Gut an der Widem für die Lebenszeit des Heinrich von Hautzenberg und seiner nächsten Erben dürfe umgelegt werden.*

Nos *Vlricus* diuina miseracione prepositus totusque Conuentus domus sancti *Floriani* scire cupimus vniuersos presentem paginam inspecturos, quod Ecclesie nostre Colonus *Hainricus de Hautzenberg* a nobis petiuit, ut seruicium Curie in *Hautzenberg* sibi relaxaremus et in reconpensam ipsius seruicii reciperemus predium, quod dicitur *an der widem*, soluens in seruicio tantum vno modio minus nostre mensure quam Curia supradicta, quod videlicet predium ipse predictus *Hainricus* comparauit a quodam *Rudolfo de Wartperch*, quo idem *Rudolfus* ab ecclesia fuerat in pheodatus antecessores sui possederant sine annuo seruicio multis annis (sic). Nos vero aduertentes, quod huiusmodi petitionem dudum admiserant nostri antecessores, nos eciam eidem annuimus ita tamen, quod de Curia in *Hautzenperg* ipse et heredes sui soluant lx. denarios annuatim; Defunctis autem heredibus huiusmodi gracia ad alios consanguineos nou extendetur, sed sepedicta Curia seruiet ecclesie, sicut seruire consueuerat ab antiquo, quorum heredum nomina sunt hec: *Dietricus, Hainricus, Rudlibus, Gerdrudis*.

Predictus eciam census nulli nisi prelato vel eius speciali nuncio in die beati *Floriani* martiris assignetur. In cuius facti memoriam presentem litteram scribi fecimus sigillorum nostrorum munimine roboratam.

Datum in domo sancti *Floriani* in die beati Augustini Anno domini M^o.CC^o.LXXXVI^o.

Aus einem Codex des 15. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu St. Florian.

LIV.

1286. 14. September. Aldersbach. — Otto, Herzog von Baiern, mit seinem Bruder Stephan verspricht, die ihnen vom Grafen von Ortenberg verkaufte Vogtei des Klosters Mondsee auf Wildeneck in keine andern Hände kommen zu lassen.

Nos Otto dei gratia palatinus comes Reni, dux bawarie tenore presencium profiteur et constare volumus vniuersis, quod inspectis meritis et obsequijs venerabilis abbatis et Monasterij in *Männsee*, quibus condigna semper intendimus vicissitudine respondere, vna cum karissimo fratre nostro Stephano aduocaciam dicti Monasterij, castrum in *Wildeneck* et iudicium ibidem cum omnibus iuribus nobis a viro nobili comite de *Ortenberch* venditis pro certiori et salubriori defensione dicti Monasterij et abbatis nostris sic volumus vsibus reseruare, quod de cetero ad manus non perueniant aliorum, pro cuius rei testimonio ipsis presentes literas dedimus nostri sigilli robore communitas Datum apud *alderspach* Anno domini M^o.CC^o.LXXX. Sexto in exaltatione sancte crucis.

Aus einem Copialbuche des 15. Jahrhunderts im k. k. geh. Hausarchive. — Chron. Lunel. I. 163.

LV.

1286. 1. October. Aterse. — Arnolt, Bischof von Bamberg, bestätigt die von seinen Vorfahren dem Spital am Pyhrn ertheilten Schenkungen und Rechte.

Ne per decursum temporis ea, que fiunt sub tempore, in nichilum redigantur, consueuerunt propter debilem memoriam hominum litterarum testimonio perhennari. Nos igitur *arnoldus dei et apostolice sedis gracia babenbergensis ecclesie episcopus* vniuersorum notitie presentibus declaramus et scire volumus vniuersos, quod ob reuerenciam gloriosissime Marie virginis et ob meritum dilecti caplani (sic) nostri *Chunradi prouissoris hospitalis Pirni montis* omnes donaciones, confirmaciones factas eidem hospitali a predecessoribus nostris *Ottone* videlicet *secundo*, *Timone*, *Ekkeberto*, *Heinrico*, *Berchtholdo babenbergensis ecclesie pie memorie pontificibus* super bonis, possessionibus et iuribus, que dicta domus iusto titulo racionabiliter sine preiudicio nostre ecclesie haecenus possedissee noscitur, gratas atque ratas habere volumus et habemus predicta singula et

vniuersa presentibus innouantes. Datum apud *aterse* anno domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto kalendis octobris. Huius rei testes sunt *Lupoldus prepositus nostre ecclesie dictus de grindelach*, *Heinricus prepositus veteris capelle Ratisponensis dictus de schellenberch*, *fridericus de truhendingen*, *Heinricus vligarius nostre ecclesie canonici*, *chunradus decanus ecclesie sancti stephani*, *wernhardus notarius* et alij quam plures.

Orig. auf Perg. Ein an einem Riemen hängendes Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

LVI.

1286. 16. October. — *Chunrat von Harthaim bezeugt den Verkauf seines Weingartens zu Kritzendorf an Chunrat von Capellen.*

Ich *Chunrat von Harthaim* tun allen den chunt, die disen brief sehent oder lesent, die nu lebent oder her nach chünftig sint, Daz ich herren *Chunraten von Chapell* meinen weingarten ze *Chritzendorf* geben han an alle ansprach vnd auch mit gütem willen meiner prüder vnd pin auch dez selben weingarten ze *Chritzendorf* sein gewer an aller stat mit soleicher beschaidenhait, daz er hab auf alle deu vnd ich han, ob er dhainen schaden nãm an disem gewerft. Vnd daz daz stât vnd vnuerchert beleibe, gib ich iem disen brief mit meinem Insigel vnd mit anderen Insigeln, die hie an disem brief sint, vnd mit disen zeugen, die ich hie nenne: *her Ott von Volkenstorf*, *her Hainrich von Volkenstorf*, *her Vtreich von Chappelle*, *her Hainrich von Loustorf*, *her Perchtolt von Harthaim*, *her Dietreich der aman*, *Ruger der Hütter*, *Hainreich von Traun*, *Hainreich von Dietreichinge*. Vnd daz ist geschehen, do von Christes gepurd ist gewesen Tausent iar vnd zwai hundert iar vnd sechs vnd achtzikeh iar an sand Gallen tag.

Aus einem Pergament-Codex des 15. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu St. Florian.

LVII.

1286. 18. October. **Ebelsberg.** — *Bernhart, Bischof von Passau, genehmigt den Austausch von Besitzungen zwischen dem Pfarrer Heinrich von Linz und Chunrat von Capellen.*

Nos *Bernhardus Dei gratia Ecclesiæ Pataviensis Episcopus* tenore præsentium protestamur et constare volumus Universis, Quod

cum Parrochialis Ecclesia in *Lintz* haberet dotem unam sitam in *Rudelfng prope Castrum in Churnberg* et ipsa dos non esset bene ad utilitatem ipsius Ecclesiæ situata, placuit *Hainrico* Plebano ibidem cum *Conrado de Capella* dotem eandem pro quodam beneficio, quod dicitur *an der stainen Bruggen* sito prope civitatem *Lincensem*, quod idem *Conradus* a nobis et Ecclesia pataviensi obtinebat in feudo, permutare et cum idem *Conradus* simili modo desiderat permutationem facere supradictam, tam ipse quam præfatus Plebanus instanter petierunt a nobis, ut permutationi huiusmodi consensum nostrum apponere dignemur. Cum itaque per documenta legitima simus informati, quod præfatæ Ecclesiæ *Lincensi* supradictum beneficium *an der stainen Brucken* commodius et utilius poterit deservire, recepta ab ipso *Conrado* resignatione ipsius præfatam permutationem auctoritate *Diocæsana* duximus in nomine Domini sub conditione huiusmodi confirmare, quod possessione et usu fructu dicti beneficii ad *Lincensem* Ecclesiam perpetuo pertinente supradictam dotem in *Rudelfng* prænominatus *Conradus* ac omnes in ea sibi perpetuo succedentes a *Pataviensi* Ecclesia in feudum recognoscere et recipere teneantur. In cuius rei testimonium et perennem memoriam præsentibus literas dedimus sigilli nostri munimine ac cum subiunctis testibus communitas, qui sunt hi: *Pero Aegenkirchen* (*sic*) (? *Anzenkirchen*), *Bernhardus de Mozzenbach*, *Bernhardus de herthaim* dictus quondam *Officialis*, milites nostri *Henricus de Lonsdorff*, *Henricus de Traun*, *Rudigerus de Hurca*, *Ulricus et Rudigerus dicti Puschinchi* (? *Pruschinchi*) et alii plurimi fide digni. Actum et datum apud *Ebelsperg* anno *M.CC.LXXXVI*. *Lucæ Evangelistæ*.

Junge Abschrift zu St. Florian.

LVIII.

1286. 11. November. Ober-Rohr. — *Janns von Rohr* stellt im Namen *Walchuns*, des *Amtmannes* zu *Rohr Knecht*, einen *Revers* aus, als diesem der *Propst* zu *Ranshofen* das Gut auf dem Berge zu *Ober-Rohr* verlich.

Wir *Jans von Ror* tûn chunt allen den, di disen prief heorent und sæchent, daz *Walchûn*, *Gundachers chnecht des ammanes* daz dem *obern Ror*, ermant hat sines erbetz unt sines ræhtes an dem gût auf dem perg daz *obern Ror* dem *Probst chunraden* daz *Ranshofen*, vnt hat der *Probst* im sine ræht erchant unt hat walchun daz

sælbe erbe verlichen mit der beschaidenhait, daz der Probst unt daz goteshaus ze Ranshouen nicht engelten shuln, was Walchun mit reht oder mit gewalt wirt angesuchet umbe daz sælbe erbe, vnt shol auch der Probst vnt daz closter ze Ranshouen niht gewer sien Walchunes des erbes. Walchûn shal daz erbe nieman geben ze chauffen, ob er sien niht verwesen mag, den nach des Probstes willen, unt shal auch Walchun ain hausvrauwen nem nach des Probstes willen von Ranshouen. daz der beshaiden geliuib Walchun iht gelangen muog, so hab mir diesen prieff nit unserm insigel geben Ranshouern zv ainem vrchunde unt zv ainem zeug vber die sach. des sint zeug *vtrich der rot, leutolt der pernauwer, Pernhart von Achlieten, Wolfper der paier, Otto zertael, vtrich der Shich* vnt anter erber zeug, daz ist geshæcheu von christ geburt tausent iar unt zwai hundert iar unt an dem sechs unt hotzg iar an sant mertines tag *daz dem obern Ror.*

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 123.

LIX.

1286. 25. December. — *Arnolt der Piber überlässt mit Einwilligung seiner Hausfrau und Kinder dem Kloster Wilhering seine Besitzung zu Piberau.*

Ne propter malorum hominum obliuiosam memoriam ac temporis maliciam odiosam rationabiliter gesta transeant in irritum et pereant, expedit ea litterali studio et fidelium hominum testimonio cautius roborari. Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam futuri presentem litteram inspecturi, quod ego *Arnoldus dictus Piber* de communi consensu et bona voluntate *Margarete vxoris mee, Vlrici, Rudgeri et Heinrici filiorum meorum* possessionem meam dictam *Piberowe* cum omnibus pertinentiis suis, pratis, pascuis, siluis, questis et inquirendis dedi et contuli ecclesie sancte Marie virginis in *Wilhering* et fratribus ibidem deo famulantibus titulo proprietatis pleno iure, quemadmodum ego et pater meus antiquitus possedimus sine calumpnia libere et quiete perpetuo possidendam. Ne igitur dicta ecclesia vel predicti fratres in *Wilhering* super prefata possessione aliqua ualeant in posterum perturbari calumpnia, promisi et promitto tenore presenti, me exhibiturum auctorem, quod ulgo dicitur gewer, super sepedicta possessione tempore et loco in sollempni vel communi placito et priuato. Ad hec ego et vxor mea necnon prefati filii mei debitam fecimus abstipulationem, que uulgo dicitur

furciht, coram testibus fide dignis. In cuius rei testimonium, claram et indelebilem euidentiā presentem litteram dedi dictis fratribus sigilli mei cum subnotatis testibus fideliter conunitam. Sunt autem testes *domini mei Wernhardus et Hainricus de Schovnberch, Chunradus Furtær dictus, Ditricus et Rudolfus dicti Schiuer, Hertnidus et Rudolfus de Liechtenwinchel, Rudolfus et Hainricus de Alharting, Sighardus, Otakorus, Albero et Petrus fratres de Lobenstein, Hermannus, Wernhardus et Heinricus dicti Gneussen, Vlricus et Vlricus dicti Pæschinger* et alii quam plures. Datum et actum Anno domini M^o.CC^o.LXXXVI^o. jn die Natiuitatis eiusdem domini nostri iesu christi.

Aus einem Copialbuche im Stiftsarchive zu Wilhering.

LX.

1286. Lambach. — *Chunrat, Abbt zu Lambach, verleihet Heinrich von Pittenberg und seiner Hausfrau Gertrud den halben Hof zu Pittenberg zu Erbrecht.*

Nos *Chunradus* dei gratia Abbas totusque conuentus *Lambacensis ecclesie* tam presentibus quam futuris presenti littera declaramus, quod communi consensu contulimus *Heinrico de pittenperch* et vxori sue *Gerdrudi* omnique ipsorum posteritati dimidiam curiam ibidem sitam iure hereditario possidendam tali conditione, vt ipsi singulis Annis in Natiuitate beate virginis lx. denarios pro seruitio, xv. denarios pro steura culture, quinque denarios pro steura Advocatie, quinque denarios pro vectura vini tempore suo persoluere non obmittant. In huius rei testimonium assignauimus eis presentem litteram sigillis nostris et subscriptis testibus Roborata. Testes *Heinricus vichter, Heinricus veinger, Walchunus filius suus, Maganus, vlricus fratres de chustelwanch, vlricus de hætenperch, Otto, wernerher filii* sui et alii plures. Datum in *Lambach* Anno ab incarnatione domini M^o.CC^o.LXXXVI^o.

Orig. auf Perg. Das Siegel abgefallen. Stiftsarchiv Lambach.

LXI.

1287. 2. Februar. — *Ein Tauschvertrag zwischen Wilhering und den Brüdern von Hartheim, welche statt einer Hube zu Hartheim und drei Schäffel Getreide zu Strasseheim einen Hof zu Geroldsdorf erhalten.*

Quia humana conditio semper mobilis videtur ad instabilitatem ideo facta in perpetuum duratura, ne aut obliuione pereant aut uitio

instabilitatis hominum retractari ualeant, perpetuis necessario debent confirmationibus communiri. Innotescat igitur tam presentibus quam futuris, quod nos *Chunradus, Petrus et Henricus fratres de Hartheim* habita deliberatione longa satis et morosa cum amicis nostris, ex consilio eorum nostraque bona uoluntate et consensu unanimi concambium fecimus cum ecclesia sancte Marie virginis in *Wilhering* et fratribus ibidem deo famulantibus, dantes eisdem sub debita forma abstipulationis, quod uulgo dicitur *fürtziht*, subscriptas possessiones nostras, uidelicet unam hubam in *harthaim* sitam, quam pater noster felicis memorie dominus *Chunradus* ante commutationem presentem ad uiginti annos eidem ecclesie in remedium anime sue preordinauerat, et quosdam agros in *Strasheim* soluentes annis singulis tria scafia siliginis et auene, liberrime et irreuocabiliter in perpetuum possidendas; dicti uero fratres uersa uice nobis quandam curiam sitam in *Geroldestorf*, quam dominus *Bernhardus de Truna* ipsis et Monasterio suo pro mortuario delegauerat, reddiderunt, uolentes dictam commutationem ex parte nostra et quorumlibet heredum seu amicorum nostrorum esse stabilem et perenniter illibatam. Ne igitur dicta ecclesia et fratres ibidem in supra dictis possessionibus querimoniarum scrupulo possint in posterum aliqua perturbari calumpnia, promisimus et promittimus sub tenore presenti, quod omnis et quilibet nostrum, qui requisitus fuerit, super prefatas possessiones exhibere se debeat auctorem, quod uulgo dicitur *Guer*, et contra insultus et impetitiones quaslibet, quemadmodum communis consuetudo terre et ordo iuris postulat, defensare in communi placito et priuato. Quod si non fecerimus, dampnum, quod ex eo dicti fratres receperint, digne integraliter refundemus. In cuius rei testimonium et indelebilem memoriam presentes litteras dictis fratribus et monasterio in *Wilhering* dedimus sigillo senioris fratris nostri *Chunradi*, cum nos duo *Petrus* et *Henricus* nondum haberemus sigilla, et uoce subscriptorum testium fideliter communitas. Sunt autem testes dominus *Heinricus senior* et dominus *Heinricus* et dominus *Wernhardus iuniores de Schounberch*, dominus *Wichardus*, *Philippus*, *Heinricus* et *Albero fratres dicti de Bollenheim*, dominus *Wichardus patruus predictorum*, dominus *Vlricus* et dominus *Chunradus dicti Chappell*, dominus *Wernhardus* et dominus *Bertholdus de Harthaim*, patruus nostri, dominus *Rudolfus*, *Ortolfus*, *Heinricus* et *Rudolfus dicti de Alharting*, dominus *Hertnidus* et *Rudolfus de*

Liechtenuinchel, dominus Otakorus de Chirchberch, dominus Ditricus et Rudolfus dicti Schiver et alii quam plures. Datum et actum anno domini M.CC.LXXX septimo circa purificationem beate Marie semper virginis.

Aus einer Copie im Stiftsarchive zu Wilhering. — Stülz, Wilhering 557.

LXII.

1287. 5. Februar. Linz. — *Chunrat von Sumerau und Heinrich von Lonstorf senden ihr Recht an dem Hause zu Luftenberg dem Herzoge Albrecht von Oesterreich auf.*

Ich *Chunrat von Sumerowe* mit sambt meinem *Sohne Chonradten* vnd ich *Heinrich von Lonstorffe* mit sambt meiner *hausfrauen Agnes* veriehen vnd tuen chundt allen den, die nun lebent vnd nach vns Chünfftige sindt, das wier mit guettem wille vnd vnbedwungen vnd mit aller vnser Erben wille vnser recht vnd vnser eigenschafft, die wir gehabt haben an dem *hauss daz Lufftenberg* mit alle deu vnd darzue geheuret ze feld vnd ze holz, versuchet vnd vnversuchet, verlihen vnd vnverlihen, gestifte vnd vngestifte vnserm rechtem herren *Herzogen Albrechten von Oesterreich vnd von Steuer* geben vnd haben gegeben eigenhilige vnd ebenhilichen immer mehr vnversprochen, darumbe hat er vns geliept mit seinem guete, daz wir Ims williglichen haben gegeben vnd auch gerne, vnd sein sein gewehr für alle ansprach von vns vnd von allen vnsern Erben vnd bestetten daz mit disem brieffe vnd vnsern Insiglen. Das gebe Wir Zeug meinem (sic) herrn *Bischoffe Wernhardten von Pazzowe*, herrn *Vlrichen von Capelle dem Landtrichter*, herrn *Wernher von Zelckinge*, herrn *Wicharden von Polnhaimb*, *Chunradt von Capelle*, herrn *Heinrichen von Radekke*, *Hademarn vnd Erchengern die brüeder von Wesin*, *Jansin vom Ror*, *Heinrich von Folkenstorf herrn Ortolfs Sohne*, *Otten von Zelckinge*. Zeug genuege, den iez wol chunt ist, daz iest geschen, do man von Christes buerde zelt tausent Jahr, zweyhundert vnd Siben vnd Achtzig Jar am St. Agten tage *daz Linz* in der Statt.

Enenkel, Collect. geneal. Msept. II. 52.

LXIII.

1287. 13. Februar. Steyr. — *Marquart Preuhafen von Steyr verzichtet gegen Herzog Albrecht von Oesterreich auf eine streitige Mühle zu Steyr.*

Ego *Marquardus dictus Preuhauen de Styra* publice recognoscens profiteor et declaro presentium inspectoribus vniuersis, Quod, cum inter jllustrem et magnificum dominum meum *albertum ducem Austrie et Styrie* ex vna et me ex altera parte super molendino sito sub castro in *Styra* questionis materia verteretur, ego motus racionabiliter eidem molendino et suis attinentiis vniuersis renunciaui et renuncio pro me et meis heridibus omnibus cedens simpliciter omni juri et actioni, que michi in dicto molendino et suis pertinentiis ac vsibus competebant vel competere videbantur, facta michi tamen illa domini mei ducis gracia specialj, quod dictum molendinum teneam pro tempore vite mee suis emolumentis quiete et libere fruiturus, me vero defuncto predictum molendinum integraliter transeat et sine lite perpetuo reuertatur ad manus iam dicti domini mei ducis actione cessante qualibet possidendum. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum mei *Bertoldi fratris et Heinricj filij mei* munimine roborauj. Datum in *Styra* anno dominij millesimo ducentesimo octogesimo septimo, jdibus februarij. Ego *Heinricus filius Marquardi* predicti sigillo carens proprio patris mej sigillo presentibus sum contentus.

Orig. auf Perg. mit einem sechseckigen Siegel von weissem Wachse, das Marquarts fehlt. K. k. geh. Hausarchiv.

LXIV.

1287. 17. März. Wien. — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, erneuert dem Kloster Reichersberg die Mauthfreiheit des Herzoges Leopold VII.*

Albertus Dei gratia Dux Austrie et Styrie, Dominus Carniole, Marchie ac Portus Naonis vniuersis christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Imperpetuum. Non minimum inter opera pietatis immo salutis votiuę maximum arbitramur fore meritum apud deum, si reuerenter cultu diuini numinis honorato Ecclesias et personas Ecclesiasticas, quibus fauor debetur Principum specialis, concessis eisdem libertatum graciai et consuetis iuribus confouemus.

Sane cum honorabiles et deuoti viri prepositus et Conuentus Ecclesie sancti Michahelis in *Reichersperge* nobis dilecti ex pia Illustris quondam Principis *Leupoldi Ducis Austrie et Styrie* antecessoris nostri donacione ac concessione munifica Imperiali edicto postmodum confirmata, sicut ex tenore priuilegii sui expresse didicimus, ea gaudeant libertate, vt omnibus rebus ipsorum mobilibus uectigalibus et pedagiis per terras dictorum Principatum liber pateat transitus sine exactione qualibet siue Muta, Nos eorundem prepositi et Conuentus moniti precibus et inducti ad instar predecessorum nostrorum prefatam Ecclesiam spe remunerationis eterne beneficencia solita prosequentes libertatem predictam liberaliter approbandam, innouandam scriptique presentis duximus patrocinio muniendam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre innouacionis infringere paginam uel quomodolibet uiolare, quod, qui secus attemptare presumpserit, indignacionem nostram grauissimam se nouerit incurrisse. In cuius rei testimonium has litteras scribi et sigilli nostri karactere iussimus consignari. Datum *Wienne* Anno domini Millesimo Ducentesimo Octogesimo Septimo, XVI^o. Kalendas Aprilis Indiccione XIII.

Orig. auf Perg. Das Siegel hängt an rothen und grünen Fäden. Stiftsarchiv Reichersberg. — Monum. boic. IV. 457.

LXV.

1237. 6. Mai. Passau. — *Wernhart, Bischof von Passau, bekräftigt ein Statut des Propstes und Conventes zu Reichersberg in Betreff der in der Mark gelegenen Pfarren.*

Nos *Wernhardus* Dei gratia *Pataviensis Ecclesie Episcopus* omnibus in perpetuum. cupientes ad noticiam tam presentium quam futurorum pervenire honestam conventionem venerabilis Prepositi C. et totius Collegii *Richerspergensis* nobis exhibitam in hec verba: In nomine Domini amen. Cum secundum Jura canonica ea, que infirmari vel vituperari possunt, debeant precaveri, Nos *Chunradus* Dei misericordia indignus Prepositus totusque Conuentus in *Richersperg* excitati et inducti necessitate et utilitate Ecclesie nostre convenientes nimirum in templo nostro volentes intendere reformationem Ecclesiarum nostrarum in *Marchia, Pramperch* et *Edliz*, que ex donacione sanctissimorum in Christo Patrum et Dominorum *Chunradi* et *Eberhardi Archiepiscoporum Salzburgensium* pleno Jure ad nos

spectare dinoscuntur, consensu et auctoritate reverendi in Christo Patris nostri domini *Wernhardi Pataviensis Episcopi* statuta edidimus et Juramento firmavimus infra scripto: primo quod ipse, qui proxime Prelatus noster fuerit, nonnisi de consensu Collegii nostri Rectorem vel Rectores in dictis Ecclesiis preficere audeat, nisi forte ipsum Collegium vel aliqui ex fratribus malitiose contradixerint vel pravitate aliqua sint corrupti. Idem etiam fratres, qui pro tempore canonice instituti fuerint, in omnibus regulariter se habeant, sicut debent: in publico cappis vel alia veste non notabili utantur. Et quia: „ve soli, quia, cum ceciderit, non habet sublevantem“, quilibet socium secum habeat sue professionis, qui sibi ex superioris arbitrio fuerit deputatus: in secundo vero anno Cenobium suum visitantur super negligentis, excessibus et mala administratione Prelato coram fratribus rationem debitam reddituri. Et quia Prelatus quilibet rerum Ecclesiasticarum Procurator est, non Dominus, multo plus hii, qui nec proprium habere debent; quidquid iidem Rectores habere possunt preter necessarias et modestas expensas in domo sua Preposito fideliter omnia reservabunt in usus Ecclesie nostre utiliter convertenda. In signum tamen subiectionis secundum eventum temporis et qualitatem anni quilibet Rectorum summam competentem ad arbitrium et moderamen Prepositi, qui non malitiose sed sincere et districte in hoc se habeat, pro cultura vinearum nostrarum infra dies Rogationum Magistro curie nostre in *Chrems* annis singulis assignabit. Nullus eciam unquam in sepe dictis Ecclesiis instituatur, nisi qui prius coram fratribus voluntarie iuret se pro posse et nosse hec et omnia ac singula servaturum. Et ut hoc salubre statutum nostrum a nobis et nostris successoribus sine retractacione in perpetuum firmiter observetur, ad cautellam et robur Sigilli nostri manimine et iurandi adstipulacione voluimus confirmare, pax multa custodientibus legem et presens statutum nostrum. Si quis vero, quod absit, ex nobis vel successoribus nostris ausu temerario vel presumptione iniqua huic nostro decreto contraire presumpserit et legitime monitus non resipuerit, preter reatum periurii, quod ipso facto incurrit, consortio fratrum et administracione Ecclesiarum sine spe restitutionis perpetuo sit privatus. Acta sunt hec anno Domini MCCLXXXVII tertio nonas Febr. Hoc statutum honestati in nullo contrarium, in quo etiam non mediocris profectus prefate Ecclesie dinoscitur provenire, ratum et gratum habemus et in eius robur presentem cedulam Sigilli

nostri robore tradidimus consignatam. Datum *Patavie* anno Domini MCCLXXXVII pridie nonas Maii.

Mon. boic. IV. 459.

LXVI.

1287. 18. Mai. St. Florian. — *Leibgedingsbrief für Heinrich von Nenzing und seine Hausfrau, betreffend den Hof zu Geroltstorf, ausgestellt durch den Propst Ulrich zu St. Florian.*

Quoniam humana natura prona est ad dissenciendum, necesse est, ut homines facta sua litterarum testimonio perpetuent et confirmant. Proinde ego *Heinricus de Nenzing* scire cupio vniuersos presentem paginam inspecturos, quod dominus *Vlricus venerabilis prepositus, Einwicus* decanus totusque Conuentus *Domus sancti Floriani* Curiam suam in *Geroltstorf*, que per negligenciam colonorum ipsam possidencium adeo fuerat desolata, vt ad debiti seruii redditionem minus uideretur sufficere, michi et vxori mee *Benedicte filie Chunradi dicti Cesaris* iure contulerunt precario pro tempore uite nostre tantummodo possidendam, sperantes, quod per me ad statum et seruicium possit debitum reuocari, condicione tamen huius modi mediante, vt in omnem euentum, hoc est omni occasione legitimi impedimenti, videlicet grandinis, gwerre, incendii, pisez uel quocumque nomine censi poterit, exclusa quinque scaphia siliginis et duo scaphia auene et medium talentum denariorum pro minutis seruiiis ipsis debeamus annuatim de eadem Curia ministrare. Hunc utique censum denariorum videlicet et annone, si ante Natiuitatem domini soluere neglexerimus quacumque causa, ut premissum est, interueniente ego cum vxore mea penitus priuabimur omni iure nostro, quod pretextu collacionis huiusmodi nobis videtur competere in curia memorata, et ipsis licebit de ea ordinare nobis non contradicentibus nec prohibentibus nec indigne ferentibus, quiquid Ecclesie sue uiderint expedire. Si uero in solucione census iuxta formam prehabitam non fuerimus negligentes, quiete possidebimus, quoad uixerimus, Curiam prelibatam. Vt autem uiam carnis ingressi fuerimus vniuerse, prelatus, qui tunc temporis eidem preuerit Ecclesie, vel eius nuncius de ipsa Curia irrequisitis heredibus nostris, consanguineis, affinibus aduocato se continuo intromittet. Sed et media pars focius annone in ipsa curia culte, siue tunc sit in campis sev in orreis,

ipsis cedit. Quicumque autem partis residue de annona iuxta ordinationem meam vel vxoris mee receptor extiterit, tenebitur eis vnum talentum denariorum pro vtensilibus ad Curiam pertinentibus exhibere, quod si facere recusauerit, omnem annonam integraliter, siue sit in campis sev in orreis, sibi licite uendicabunt. Si uero post messem, antequam semen frugum terre mandatum fuerit, nos mori contigerit et forte ipsa annona collecta sit uendita vel alio modo consumpta, ille, quem rerum nostrarum in Curia repertarum successorem statuerimus, tenebitur ipsis seruicium eiusdem anni et eciam semina pro Curia necessaria et vnum talentum denariorum pro rebus aliis ad Curiam spectantibus exhibere. Et ne in posterum nobis decedentibus heredes nostri vel consanguinei vel affines aliquid ius, siue sit lantsidelreht sev erbreht, vel eciam in structuris ibi factis sibi uendicare debeant uel ualeant in Curia supradicta, presentem litteram scribi feci et sigillis quatuor Ministerialium uidelicet *domini Vlrici de Capella iudicis prouincialis super anesum et domini Heinrici de Volchenstorf et domini Chunradi de Capella et domini Heinrici de Trrna* eo, quod proprio sigillo caream, roborari testibus annotatis, Qui sunt *Dominus Otto wolfstain, Dominus Otto der Fransen, Dittmarus holzer, Heinricus de Wuldenstorf, Vlricus Camerarius, Vlricus et Chunradus dicti Ceseres, Vlricus de Nenzing, Hertnidus Cesar, Dittmarus Wolfstain, Heinricus tobler, Herwordus de Chremsdorf, Ditrucus Latinus* et plures alii, qui eidem facto interfuerunt, audierunt pariter et uiderunt. Acta sunt hec Anno domini Millesimo CC^o.LXXXVII^o. Quinta decima Kalendas Jvni in *Domo sancti Floriani*.

Orig. auf Perg. mit vier hängenden Siegeln. Stiftsarchiv St. Florian.

LXVII.

1287. 21. Mal. — *Die Brüder Ortnit und Chalhoch von Tannberg übergeben dem Kloster Withering ihren Hof zu Pircheich.*

Evanescere solent more fluentis aque facta hominum, nisi voce testium aut scripture robore recipiant firmamentum. Eapropter Nos *Ortnidus et Chalhohus fratres de Tanneberch* Notum fieri cupimus vniuersis tenorem presentium auditoris, quod possessionem nostram dictam *Pircheih* sitam iuxta *Gerhalming*, que ex nostro patrimonio

nos respiciebat, contulimus Ecclesie Sancte Marie uirginis in *Wilhering* et fratribus ibidem deo iugiter famulantibus titulo proprietatis in perpetuum possidendam volentes et promittentes tenore presenti exhibere nos auctores, quod uulgo dicitur *Gwer*, super prefata possessione ad requisitionem in comuni placito sev priuato. In Cuius rei testimonium et memoriam indelebilem presentes litteras dictis dedimus fratribus sigilli nostri munimine et voce subscriptorum testium fideliter roboratas. Sunt autem testes *dominus Bilgrimus Canonicus patauiensis et frater suus dominus Chvnradius dicti Capellarii, Livpoldus et Vtricus dicti de Idungsperg, wsbinius de eschelberch, Ditmarus de Emling, Hertwicus de Tannberch, Wolfgerus Chogel* et alii quam plures. Datum anno domini M^o.CC^o.LXXX. Septimo, XII^o. Kalendas Junii.

Orig. auf Perg. Ein hängendes Siegel. Stiftsarchiv Wilhering.

LXVIII.

1287. 1. Junii. — *Kremsmünster und Oberaltach schliessen die gewöhnliche klösterliche Conföderation ab, in Bezug auf das Gebet für verstorbene Mitglieder*

Reuerendo in christo patri et domino *f. venerabili abbati in chremsmunster* totique sacro conuentui ibidem *C. dei gracia abbas Superioris altah* totumque capitulum eiusdem loci gratiam in presenti et gloriam in futuro. Societatem siue fedus spiritualis fraternitatis inter ecclesiam nostram et vestram, vt vestre deuocioni placuit, in perpetuum teneri decreuimus in hunc modum, vt, cum aliquem ex nobis siue ex vobis de hac vita migrare contigerit, Alterna uicissitudine pulsatis ex more campanis cantentur uespere defunctorum et uigilie et missa in conuentu. Ipso eciam die quilibet sacerdos ad vnam missam et deinceps tenebitur ad tres cum tribus corporalibus disciplinis, alii autem inferiorum ordinum ad vnum psalterium et tres disciplinas et conuersi ad centum Quinquaginta Pater noster cum tribus eciam disciplinis placuit eciam huic pacto talem adicere condicionem, vt singulis annis proxima vacante feria post festum sancti Jacobi apostoli pro defunctis fratribus vestris apud nos et nostris apud vos fiat sollempniter officium defunctorum, et eo die ad vnam missam et corporalem disciplinam sacerdotes et inferiorum ordinum Monachi ad vnam quinquagenam et conuersi ad Quinquaginta pater noster cum disciplinis corporalibus teneantur. Initum est hoc fedus

fraternitatis anno domini M^o.CC^o.LXXX^o.VII^o. Kalendis Junii. In cuius rei memoriam presentem litteram Sigillis, nostro videlicet et conuentus placuit communiri.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 124.

LXIX.

1287. 12. Junii. — *Ulrich von Krotental schliesst mit dem Kloster Waldhausen einen Tauschvertrag um Gülden auf dem Marthofe und auf dem Lehen zu Elmpach.*

In Nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen, In quo omnis contestacio facta perpetuo robore consurgit. Ego *Vlricus dictus de Chrotental* pariter cum vxore mea deuota *Hilwiga* et liberis constare volo presencium tenore inspectoribus vniuersis tam presentibus quam futuris, Quod venerabili domino *Rüdiger* *Preposito* Totique Ecclesie in *Waldhausen* conuentui sub forma concambij assignaui in curia in dem *Marthof* iij solidos promptorum denariorum vsibus fructuarijs ac iure perpetuo perfruendos. Ipse quoque venerabilis *Rüger* *Prepositus* et Conuentus Ecclesie supramemorata mihi *Vlrico* de *Chrotental* et vxori mee *Hilwige* simul cum liberis in redditibus quatuor solidorum promptorum denariorum (sic) in *Elmpach* an dem *Lehen* suo iure, quo vsi sunt, libere tradiderunt E conuerso tali pacto, quod de feodo iam memorato videlicet in *Elmpach* an dem *lehen* Ego *Vlricus* pariter cum vxore et liberis teneor sine aliquo fomite scrupuli annis singulis in festo beati *Egidij* *Abbatis* triginta denarios wiennensis monete Ecclesie sancti *Johannis* *Ewangeliste* deseruire. Si vero, quod absit, Ego *Vlricus* seu vxor mea *H.* seu liberi seu alij, qui mei fuerint successores, prefatum censum deseruire neglexerimus vel futuri negligere non pauescunt, ex tunc sepedicti (sic) sepius annotatum feodum in *Elempach* vnacum redditibus in *Marthof* Ecclesiam sancti *Johannis* *apostoli* et *Ewangeliste* respicit vsu fructuario prout antea saluo iure. Ne autem hoc scriptum dolo uel arte hominum malignancium per succedencia secula ualeat inmutari, presens scriptum nostri sigilli tutamine iussi roborari, testibus subnotatis, Qui sunt *Venerabilis* dominus *Rugerus* *Prepositus* in *Waldhausen*, dominus *Otto* *Decanus*, dominus *Fridericus* *senior*, dominus *Heinricus* et ceteri quam plures. Acta sunt hec Anno incarnationis dominice M^o.CC^o.LXXXVII^o, ij. Idus Junij.

Aus einem gleichzeitigen Perg. Codex zu Windhaag.

LXX.

1287. 3. Juli. Wels. — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, bestätigt die Mauthfreiheit des Klosters Lambach.*

Albertus dei gracia dux austrie et Stirie, dominus carniole, marchie et Portusnaonis vniuersis tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem. Venientes ad nostram presenciam Religiosi viri honorabilis abbas et Conuentus *monasterii Lambacensis* quoddam nobis exhibuere priuilegium ipsi per Illustrem quondam principem *Fridericum ducem austrie et stirie* recordationis felicitis pie traditum et concessum humiliter postulantes, quatinus jdem sibi priuilegium cum graciis annotatis innouare de speciali gracia dignaremur. Est autem priuilegij per omnia tenor talis: *Fridericus dei gracia dux austrie Et stirie ac dominus carniole* omnibus hanc Litteram inspecturis salutem. Quia ad instanciam (siehe die Urkunde; datum Hintperch am 26. März 1242). Datum Hintperch anno dominj M^o.CC^o.XLII^o.VIJ. kalendas aprilis. Nos igitur eorundem fratrum profectus et comoda singularis beniuolencie prerogatiua et affluentia prosequi cupientes prenotatum priuilegium et suam continenciam graciaram, sicut de verbo ad verbum superius exprimuntur, affectu liberali admittimus, approbamus, innouamus et scripti presentis patrocinio comunimus. In cuius rei testimonium hanc paginam scribi et sigillo uostro fecimus comuniri. Datum *welse* V. nonas Julij anno dominaj M^o.CC^o. octogesimo septimo.

Orig. auf Perg. mit einem an gelben und rothen Fäden hängenden Reiter-siegel. Stiftsarchiv Lambach.

LXXI.

1287. 23. Juli. — *Chunrat von Chapellen übergibt dem Kloster Withering seine Eigenschaft an dem Gute Porce zu Gerenpach.*

Ne gestarum rerum pia deuocio per obliuionis incuriam et hominum maliciam ducatur in irritum et pereat, expedit eam litterali studio et fidelium hominum testimonio diligencius roborare. Ego igitur *Chunradus chappellarius de Churnberch Ministerialis Illustris Ducis Austrie* presenti scripto notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris, quod venerabilis abbas et Conuentus in *Withering*

predium situm in *Gerenpach* dictum *an dem Porce* obligatum ratione pignoris duobus colonis, videlicet *Wolfgero de Ceylech* et *Chunrado dicto Hohenprunner de Pesching* a progenitoribus *Vlrici* dicti *fabri de Lintza*, qui eiusdem predii medietatem, quam dictus Chunradus Hohenprunner tenuit, per sententiam iuris in iudicio optinuerat ab ipso vlrico fabro, pecunia competenti in mea presencia comparaerunt, reliquam vero partem iam dicti predii a supradicto Wolfgero solucione debita redimerunt. Verum cum prefati predii proprietas esset liberaliter et rationabiliter a memorato vlrico ad manus meas tradita, sperans inde future remuneracionis meritum ipsam proprietatem antedictae ecclesie in Wilhering deliberato et deuoto animo ob reuerenciam Gloriose virginis Marie contuli perpetuo possidendam tytulo proprietatis sub eodem promittens bona fide, quod sepedictum predium a pretaxato vlrico et suis coheredibus ceterisque ius sibi in eodem predio vendicantibus, ne aliquam inpulsionis sev inpeticionis vel querimoniarum suprascripta ecclesia in posterum paciatur iniuriam, debeam fideliter defensare et pro ipso predio me auctorem, quod wlgo Gwer dicitur, exhibere, cum requisitus fuero, absque dampno memorate ecclesie in comuni placito sev priuato. Vt igitur mea donacio et prefatorum abbatis et fratrum empcio ac redempcio in robore debito perseueret inuiolabiliter, presentem literam prelibate ecclesie in Wilhering tradidi cum testibus subnotatis sigilli mei caractere insignitam. Et hii sunt testes *Dominus Hainricus Hagarius*, *dominus Rvdolfus de Alharting*, *dominus Otacherus de Chirchperch milites*, *Ortolfus de Alharting*, *Hainricus de Alharting*, *Rvdolfus de awe*, *Walchvnuus de Percheim*, *Richerus de Percheim*, *Fridericus de Stadvach*, *Hainricus Durichinger*, *Meinhardus Chlingelprunner Nobiles*, *Hainricus et vlricus de terenpach*, *Hainricus Porcener*, *Otto de Checing*, *Wolfgerus et Hermannus de Ceylech*, *Chunradus Hohenprunner de Pesching*. Actum anno domini Millesimo CC.LXXX. septimo in Crastino Marie magdalene.

Orig. auf Perg. mit einem hängenden Siegel. Stiftsarchiv Wilhering.

LXXII.

1287. 2. August. Lambach. — *Frater Bonifacius, episcopus Tynensis und Weihbischof von Passau verleiht der Klosterkirche zu Lambach für mehrere Festtage Ablässe.*

Frater Bonifacius dei gracia Tynensis Episcopus Vniuersis Christi fidelibus salutem in domino Jesu Christo. Cupientes quoslibet christiane fidei professores piis indulgentiarum muneribus ad deuocionis opera et pietatis studia vehementer incitare, quo magis diuine graciae capaces efficiantur. Omnibus vere penitentibus et confessis, qui diuine propiciacionis gratiam peccierint, *Ecclesiam gloriosi martyris kylliani in Lambaco* in festis dedicacionis et patroni nec non in quatuor festiuitatibus gloriose virginis quique *sermonem dilecti in Christo fratris Abbatis loci eiusdem*, quocienscumque eundem ad populum decreuerit faciendum, uisitare curauerint reuerenter manumque adiutricem porrexerint pro dicte Ecclesie necessitatibus consulendis, De omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli suffragiis confidentes, auctoritate Reuerendi in christo patris et domini nostri *Wernhardi venerabilis Patauensis Ecclesie Episcopi*, qua fungimur, utpote per eum ad certos terminos sue dyocesis cum certo mandato destinati, Quadraginta dies de iniuncta penitencia misericorditer in domino relaxamus. Presentibus perpetuo valituris. Datum *Lambaci* Anno domini M^o.CC^o.LXXX. septimo, Stephani pape.

Orig. auf Perg. im Stiftsarchive zu Lambach. Das beschädigte Siegel hängt.

LXXIII.

1287. 17. August. — *Die Brüder von Polheim versprechen, das Kloster St. Nicola in der Verpachtung des Zehentes zu Emlingen ferners nicht zu irren.*

Nos *Wichardus, Ortolfus, Heinricus, Philippus. Albero fratres dicti de Polnhaim* notum fieri volumus uniuersis, ad quos presens scriptum pervenerit, Quod timore Dei et juris iusticia inclinati renunciavimus et presentibus cedimus communiter et renunciavimus, quicquid actionis sive impedimenti Ecclesie beati *Nicolai Patavie* in libera decimarum suarum locacione de prediis in *Emlingen* huc usque fecimus vel firi mandavimus nostri nomine sine causa,

permittentes et confirmantes eidem Ecclesie per hec scripta, quod easdem decimas ex nunc et imposterum locare possit ac debeat omni libertate et iure, quo voluerit, sive placuerit cuicumque. In huius rei testimonium dicte Ecclesie presentes damus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Testes huius rei sunt *Gotfridus de Pernaue, Dominus Rudigerus de Ottersteten milites, Dietricus Judex, Heinricus Chersperger, Henricus Pernuzil, Dominus Christianus, Chunr. de Ahalming* et alii quam plures. Datum anno Domini MCCLXXXVII. XVI. Kalend. Septembris.

Mon. boic. IV. 352.

LXXIV.

1287. 23. August. Steyr. — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, gibt den Bürgern von Steyr über ihre Rechte und Freiheiten ein schriftliches Document.*

Albertus Dej Gracia Dux Austrie et Stirie, Dominus Carniole, Marchie ac Portusnaonis vniuersis, ad quos presens scriptum pernerit, Imperpetuum. Principum gloria tunc vere laudis titulis sublimatur et eminenciori decore prefulget, cum subditorum suorum obsequia clementer attendit et eis de sua liberalitate confirmat, que ab antecessoribus ipsius iuste sibi videntur indulta, cum non minus in obseruandis beneficiis quam in elargiendis principalis magnificencie crescat honor et fidelium numerus augeatur. Qua nimirum consideracione moniti prudentes viri Ciues in *Styra* fideles nostri dilecti cum quasdam libertates et consuetudines de permissione Illustrium quondam principum Austrie et Stirie predecessorum nostrorum vsque in presenciam perduxerint confirmacionis patrocinio sev litterarum testimonio non munitas, benignitati nostre propensius supplicarunt, quatenus libertates easdem et gracias iustificare, sibi concedere et confirmare de speciali nostra elemencia dignemur. Que quidem iura decreuimus presencium serie declaranda. Primo quod nullus Judex prouincialis infra terminos Hofmarchie in casu quocumque vel causa iudicium sibi vendicet sev iudicare presumat causis sangwinis, que mortem continent, tumtaxat exceptis, que si emeruerint, ad easdem iudicandas per iudicem Ciuitatis ipsius, qui pro tempore fuerit, prece prouincialis, qui vulgo waltpot dicitur,

est vocandus. Item quod nullus eisdem Ciuibus preficiatur in iudicem nisi talis, quem de suo consorcio iuxta beneplacitum nostrum seu principis terre duxerint assumendum. Item vt si aliquem Ciuum ipsorum casu sinistro contingat homicidium perpetrare, eiusdem homicide, si soluendo fuerit, non frangatur hospicium nec res asportentur ipsius per iudicem nec vllatenus distrahantur, quia pro pena commissi per ipsum homicidij nobis aut principi terre soluere tenebitur tantum libras denariorum triginta et iudicij suo denarios sexaginta. Item vt nulli extraneo seu aduene liceat in Ciuitate et Hofmarchia predictis vinum particulariter sine dictorum consensu et licencia Ciuum propinare. Item quicumque ferrum vel ligna duxerit ad Ciuitatem vendenda, per triduum ibidem remaneat ligna sua vel ferrum, quod attulit, Ciuibus memoratis foro et estimacione comunj contradiccione postposita venditurus; quodsi Ciues iidem infra dictum tempus mercibus ipsas emere non curarint, liceat venditori cum rebus suis impedimento remoto, quo voluerit, declinare. Item in *Chlause* de rebus suis, quas ibidem traduxerint, nullum soluant theloneum siue Mutam. In *Rotenmanne* vero, in *Chaetzing* et apud *Dietmarsperig* de Sauma soluere pro Muta duos denarios teneantur. In *Ascha* de Sauma sex denarios et *Ratispone* de eo, quod comparauerit vel vendiderit Ciuis Styrensis, duos denarios pro theloneo tantum soluat. Item apud *Ciuitatem Anasensem* post festum beati Johannis baptiste vsque ad festum purificationis sancte Marie virginis de Modio Annone dent vnum obulum, sed extra tempus huiusmodj ducens annonam de Austria de Modio soluat quatuor denarios, is autem, qui in Anaso comparauerit, duos denarios et obulum inde soluet, per dictum etiam tempus videlicet a festo Johannis baptiste vsque ad purificationem predictam de fundo vasis ad Mutam duo cedant denarij, postmodum de vrna qualibet denarius detur vnus. Item in *Ibsa* de Cimba, quicquid contineat, soluantur quatuordecim denarij. Item in *Stain* de Modio, qui ibidem nauigio inpositus fuerit, vnus cedat denarius, Item in *Medlico* de Curru, siue si vnus Ciuis stirensis rebus oneratus aut plurium, pro Muta sedecim denarij persoluantur, apud *sanctum ypolitum* quatuor denarii, in *Tulna* duodecim et in *wienna* Ciuitate duo denarij de Curru tantummodo sint soluendi. Item prefati Ciues ab omni theloneo per fora quelibet et quecumque infra duas Rastas a Ciuitate Styrensi posita sint exempti. Ad hec quicumque lucri libertatum et iurium Ciuitatis eiusdem participes fuerint, tanquam Ciues ad portandam cum ipsis

seruiciorum et necessitatum suarum onera obseruancius sint astricti. Item ligna igni cottidiano et suis edificiis opportuna ducant libere sine theloneo siue Muta. Ampliori nostra dispensante beneficencia libertatis gracia fruituri scilicet quod de ferro suo, quod ipsi ad Ciuitatem suam aduxerint (sic) Mutam non soluant aliquam, tenebuntur autem hij, qui ferrum idem inde emptum abduxerint, siue sint extranei siue Ciues, Mutam dare debitam et consuetam. Volentes insuper conseruacionj pontis ibidem in antea salubriter prouidere. Mandamus, Macella siue mensas Carnium sedecim in Ciuitate de nouo fundari, vbicumque Ciuibus visum fuerit expedire, de quibus ad reformationem pontis eiusdem due libre denariorum annis singulis persoluantur Cauto, quodsi Macella eadem in foro locari contingat propter loci mundiciam confouendam nulla in ipsis Macellis aut foro mactentur pecora para, mediocria siue magna; Quod quicumque Carnificum non seruare presumpserit, ad pontem sexaginta denarios et totidem pro pena soluet iudicij Ciuitatis, quociens sic excesserit, similiter tociens puniendus. Deinde statuimus et presenti sancimus edicto, vt nullus in ipsa Ciuitate propriam Metretam teneat, cum Magister pontis Metretarum omnium esse debeat vnicus conseruator, qui indigentibus ipsas concedat de Modio mensura'o vnum denarium, de dimidio vero obulum ad pontis edificium recepturus de manibus venditoris. Porro si quisquam inuentus fuerit contra hanc inhibitionem nostram vt metretis aliis sev mensuris, idem transgressor temerarius dimidie libre denariorum penam incurrat, de qua sexaginta denarij cedant ponti, residui iudicij Ciuitatis. Ciuibus autem ad mensurandam annonam victui suo necessariam sine precij vel mercedis respectu gratis et libere requisita metreta eadem concedatur.

Denique presentibus duximus adiungendum, vt ad instar aliarum Ciuitatum nostri dominij Ciues ipsi huiusmodj libertate fruantur, quod per aliquem vel aliquos ipsi vel bona eorum vsquam arrestari aut conueniri non debeant, nisi prius requisita de ipsis coram suo iudice iusticia fuerit et negata. Nichilominus vero nos, qui grata fidelium nostrorum obsequia tanto graciousius premiare tenemur, quanto per eorum inuiolabilis fidej et sedule deuocionis constanciam dignitatis laudabilis videmur suscipere incrementa, ad predictorum Ciuium nostrorum conmoda et profectus affectum specialem habentes, vtpote quorum in nostris conspectibus fidej puritas placuit et placebit, jura, libertates et gracias prenotatas de verbo ad verbum ipsis concedi-

mus et liberaliter indulgemus, quasi ex nouo tribuimus et perenniter confirmamus. Nulli ergo hominum omnino liceat, hanc nostre concessionis, donacionis, innouacionis atque confirmacionis infringere paginam seu quomodolibet violare. Quod qui secus attemptare presumpserit, indignacionem nostram se nouerit grauiter incurrisse. Datum Styre Anno domini Millesimo ducentesimo Octogesimo Septimo, x. kalendas Septembris.

Orig. auf Perg. mit einem an grünen, rothen und gelben Seidenfäden hängenden Reitersiegel von gelbem Wachs. Stadtarchiv zu Steyr.

LXXV.

1287. 23. August. Steyer. — *Herzog Albrechts I. von Oesterreich Privilegium für die Stadt Steyer.*

Albertus Dei gracia Dux austrie et Stirie, dominus Carniole, Marchie ac portus naonis universis, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum. Principum gloria tunc vere laudis titulis sublimatur et eminentiori decore prefulget, cum subditorum suorum obsequia clementer attendit et eis de sua liberalitate confirmat, que ab antecessoribus ipsius iuste sibi videntur indulta, cum non minus in observandis beneficiis quam elargiendis principalis magnificencie crescat honor et fidelium numerus augeatur. Qua nimirum consideratione moniti prudentes viri *cives in Styra* fideles nostri dilecti, cum quosdam libertates et consuetudines de permissione illustrium quondam principum Austrie et Styrie predecessorum nostrorum usque in presenciarum perduxerint, confirmationis patrocinio seu litterarum testimonio non munitas benignitati nostre perpensus supplicarunt, quatenus libertates easdem et gracias iustificare, sibi concedere et confirmare de speciali nostra clemencia dignaremur, que quidem iura decrevimus presentium serie declaranda.

Primo quod nullus iudex provincialis infra terminos hofmarchie in casu quocumque vel causa iudicium sibi vendicet seu iudicare presumat causis sanguinis, que mortem continent tumtaxat exceptis, que si emerint, ad easdem iudicandas per iudicem civitatis ipsius, qui pro tempore fuerit, prece provincialis, qui vulgo *Waldpott* dicitur, est vocandus.

Item quod nullus eisdem civibus preficiatur in iudicem nisi talis, quem de suo consortio juxta beneplacitum nostrum seu principis terre duxerint assumendum.

Item ut, si aliquem civium ipsorum casu sinistro contingat homicidium perpetrare, ejusdem homicide, si solvendo fuerit, non frangatur hospitium nec res asportentur ipsius per iudicem nec ullatenus distrahantur, qui pro poena comissi per ipsum homicidii nobis aut principi terre solvere tenebitur tantum libras denariorum triginta et iudici suo denarios sexaginta.

Item ut nulli extraneo seu advene liceat in civitate et hofmarchia predictis vinum particulariter sine dictorum consensu et licentia civium propinare.

Item quicumque ferrum vel ligna duxerit ad civitatem vendenda, per triduum ibi remaneat ligna sua vel ferrum, quod attulit, civibus memoratis foro et estimacione communi contradictione postposita venditurus. Quodsi cives iidem infra dictum tempus merces ipsius emere non curarint, liceat venditori cum rebus suis impedimento remoto, quo voluerit, declinare.

Item in *Chlaus*a de rebus suis, quas ibidem traduxerint, nullum solvant thelonium siue mutam: In *Rotemanne* vero, in *chetzling* et apud *Dietmansperg* de savma solvere pro muta duos denarios teneantur, in *Ascha* de Sauma sex denarios et *Ratispone* de eo, quod comparaverit vel vendiderit civis styrensis, duos denarios pro theloneo tantum solvat. Item apud *civitatem Anasensem* post festum beati Joannis Baptiste usque ad festum purificationis sancte marie virginis de modio annonæ dent unum obulum, sed extra tempus hujusmodi ducens annonam de Austria de modio solvat quatuor denarios. Is autem, qui in Anaso comparaverit, duos denarios et obulum inde solvat per dictum etiam tempus videlicet a festo Joannis Baptiste usque ad purificationem predictam, de fundo vasis et mutam duo cedant denarii, postmodum de urna qualibet denarios detur unus.

Item in *Ibssa* de cymba, quidquid contineat, solvantur quatuordecim denarii, item in *Stain* de modio, qui ibidem navigio impositus fuerit, unus cedat denarius, Item in *medlico* de curru, sive sit unius civis styrensiū rebus oneratus aut plurium, pro muta sedecim denarii persolvantur, apud *St. Ypolitum* quatuor denarii, in *Tulna* duodecim et in *wienna* civitate duo denarii de curru tantummodo sint solvendi.

Item prefati cives ab omni theloneo per fora quelibet et quacunque infra duas Rastas a civitate styrensi posita, sint exempti. Ad hec quicumque lucri, libertatum et jurium civitatis ejusdem participes fuerint, tanquam cives ad portandum cum ipsis servitiorum et necessitatum suarum onera observancius sint astricti. Item ligna igni cottidiano et suis edificiis opportuna ducant libere sine theloneo siue muta.

Ampliori nostra dispensante beneficencia libertatis gracia frui-turi scilicet, quod de ferro suo, quod ipsi ad civitatem suam adduxerint, Mutam non solvant aliquam, tenebuntur autem hi, qui ferrum inde emptum abduxerint, sive sint extranei sive cives, mutam dare debitam et consuetam.

Volentes insuper conservationem pontis ibidem in antea providere mandamus macella sive mensas carniū sedecim in civitate de novo fundari, ubicunque civibus visum fuerit expedire, de quibus ad reformationem pontis ejusdem due libre denariorum annis singulis persolvantur, caventes, quod si macella eadem in foro locari contingat, propter loci mundiciam confovendam nulla in ipsis macellis aut foro maectentur pecora parva, mediocria sive magna, quod quicumque carnificum non servare presumpserit, ad pontem sexaginta denariorum et totidem pro pena solvat judici civitatis, quociens sic excesserit, tociens similiter puniendus.

Deinde statuimus et presenti sancimus edicto, ut nullus in ipsa civitate propriam metretam teneat, cum magister pontis metretarum omnium esse debeat unicus conservator, qui indigentibus ipsas concedat de modio mensurato unum denarium de dimidio vero obulum ad pontis edificationem recepturus de manibus venditoris.

Porro si quisquam inventus fuerit contra hanc inhibitionem nostram uti metretis aliis seu mensuris, idem transgressor temerarius dimidie libre denariorum penam incurrat, de qua sexaginta denarii cedant ponti, residui judici civitatis. Civibus autem ad mensurandam annonam victui suo necessariam sine precii vel mercedis respectu gratis et libere requisita metreta eadem concedatur. Deinde presentibus duximus adjungendum, ut ad instar aliarum civitatum nostri domini cives ipsi hujusmodi libertate fruantur, quod per aliquem vel aliquos ipsi vel bona eorum usquam arrestari aut conveniri non debeant, nisi prius requisita de ipsis coram suo iudice justicia fuerit et negata.

Nihilominus vero nos, qui grata fidelium nostrorum obsequia tanto graciosius premiare tenemur, quanto per eorum inviolabilis fidei et sedule devotionis constanciam dignitatis laudabilis videmur suscipere incrementa, ad predictorum civium nostrorum commoda et profectus affectum specialem habentes, utpote quorum in nostris conspectibus fidei, puritas placuit et placebit, jura, libertates et gratias prenotatas de verbo ad verbum ipsis concedimus et liberaliter indulgemus, quasi ex novo tribuimus et perenniter confirmamus. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc nostre concessionis, donacionis, innovacionis atque confirmationis infringere paginam seu quomodolibet violare, quod qui secus attemptare presumpserit, indignationem nostram se noverit graviter incurrisse.

Datum *Styre* Anno domini Millesimo ducentesimo octogesimo septimo x. kalendas Septembris.

Orig. auf Perg. im Stadtarchive zu Steyr mit anhängendem, noch gut erhaltenem Reitersiegel auf weissem Wachse. — Preuchhuber, Annal. Styr. 35

LXXVI.

1287. 29. August. Linz. — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, verleiht dem Kloster Ranshofen für zehn Fuder Wein eigenen Baues die Mauthfreiheit.*

Albertus dei gratia dux Austrie et Stirie, Dominus Carniole, Marchie ac portus Naonis vniuersis, ad quos presens scriptum pervenerit, Inperpetuum. Pia, laudabilis et salubris est illa beneficiorum concessio, qua indigentie famulancium deo succurritur et eterna munera comparantur. Ea propter nos contemplatione datoris omnium bonorum Honorabilium virorum Prepositi et conuentus Ecclesie in *Ranshouen* consolationis augmenta benignius amplectentes eisdem ad procuracionem *Chunradi prepositi* ibidem dilecti nobis libertatem decem Caratarum vini crescentis in suis vineis donamus plenariam Mutam siue theloneum de ipso vino, dum sursum duci contigerit tam in alueo *Danubii* quam in *eno* per loca mutarum nostrarum singula libenter et liberaliter relaxantes. In cuius testimonium euidens et cautelam has literas scribi et sigilli nostri munimine iussimus roborari. Datum *Lintze* Anno Domini Millesimo Ducentesimo Octogesimo Septimo, III Kalendas Septembris.

Orig. auf Perg. mit hängendem Siegel. (Zwei Exemplare.) K. baier. Reichsarchiv. — Monum. boic. III. 347.

LXXVII.

1287. 5. September. — *Vergleich zwischen den Polheimern und dem Abbe von Kremsmünster über die Fischerei am Ausflusse des Almsee's.*

Nos *Wichardus, Ortoolfus, Hainricus, Philippus, Albero fratres de Polnhaim* notum fieri cupimus presentem paginam inspecturis, quod, cum inter Ecclesiam beati Agapiti martiris in *Chremsmünster* ex una parte et nos ex altera iam diu lis et contencio verteretur super captura piscium, que fieri solet in loco, ubi lacus, qui *albense* dicitur, influit *albe* fluvio, quod vulgariter *Lanchwat* vocatur, tempore autumpnali, Tandem mediantibus probis et honestis viris sumus ad concordiam reuocati, ita videlicet, vt receptis a domino *Friderico* Abbate eiusdem monasterii XIII libris denariorum *winnensium* renunciaremus omni iuri sive impetitioni, que nobis in eadem piscacione competere videbatur. Idemque Abbas et Ecclesia predicta libero et pleno iure eiusdem piscacionis gaudeat in solidum, et nos cum omni nostra posteritate nullum eisdem de cetero dampnum seu preiudicium per nos siue aliquos ex nostris fieri sinemus, Sed exnunc omni actioni cedimus siue liti. Immo et manum defensionis nostre contra omnes, in tali suo iure ipsos grauare volentes, quantum possumus, eisdem prestabimus in futurum. Et quia nemus nostram eidem lacui adiacet circumquaque, ne de cetero inter idem monasterium et nos nostrosque heredes alicuius oriatur materia questionis, piscatores ecclesie ligna, ad usum piscacionis necessaria de nemore eodem accipient habundanter, nullo nostrum vel nostrorum in hoc siue in omni iure suo, quod in eadem piscacione, videlicet totalis lacus per totum annum siue predicta autumpnali captura quiete debent perenniter possidere, eidem monasterio aliquod impedimentum seu grauamen irrogante, publice vel occulte. Vt igitur hec vniuersa et singula perpetue maneant inconuulsa, presentem cartam, cum subnotatione testium, nostrorum sigillorum karakteribus roboramus. Testes autem hii sunt: *Dominus Johannes de Ror, Erchengerus de Wesen, Dominus Rudgerus de Vttersteten, Dominus Ditricus de Ebelsperch, Dominus Gotfridus de pernawe, Dominus Hermannus de Egnedorf, Otto de Achleuten, hainricus Lawarius, Richerus de Edelspach, Chunradus holzmannus, Vtricus rufus, Tiemo de Egnperg, Tristramus de Aich, Thimo de pernaw* et alii quam plures, qui

huic facto interfuerunt, audiuerunt pariter et uiderunt. Actum anno domini M^o.CC^o.LXXX^o.VII^o. Nonis Septembris.

Urkundenbuch von Kremsmünster, Nr. 125.

LXXVIII.

1287. 5. September. — *Die Polheimer vertragen sich mit dem Kloster Kremsmünster wegen der Fischerei im Almsee.*

Nos *Weikhardus, Chunradus, Albero, Raimbertus, Weikhardus fratres de polnhaim* per presenciam profitemur, quod, cum inter Ecclesiam Beati Agapiti Martiris in *Chremsmunster* ex una parte et nos ex altera iam diu lis et contencio uerteretur super captura piscium, que fieri solet in loco, ubi lacus, qui *Albense* dicitur, influit fluvio *Albe*, quod uulgariter *lancwat* uocatur, tempore autumpnali, Tandem mediantibus probis et honestis uiris ad concordiam reuocati, receptis a domino *Friderico* Abbate eiusdem monasterii quatuordecim libris denariorum *Wiennensium* renunciauimus omni iuri siue impeticioni, que nobis in eadem piscatione competere uidebatur, Idemque Abbas et Ecclesia predicta libero et pleno iure eiusdem piscationis gaudebunt in solidum, et nos cum omni posteritate nostra nullum eisdem de cetero dampnum seu preiudicium per nos siue aliquos ex nostris fieri sinemus, Sed ex nunc omni actioni cedimus siue liti, immo et manum nostre defensionis contra omnes, in tali suo iure ipsos grauare uolentes, quantum possumus, eisdem prestabimus in futurum. Et quia nemore nostro idem lacus cingitur circumquaque, ne de cetero inter idem monasterium et nos nostrosque heredes alicuius oriatur materia questionis, piscatores ecclesie ligna ad vsum piscationis necessaria de nemore eodem accipient habundanter, nullo nostrum vel nostrorum in hoc siue in omni iure suo, quod in eadem piscatione, uidelicet totalis lacus per totum annum siue predicta autumpnali captura quiete debent perenniter possidere, eidem monasterio aliquod impedimentum seu grauamen irrogante publice uel occulte. Ut igitur hec uniuersa et singula perpetuo maneant inconuulsa, presentem cartam cum subnotatione testium, nostrorum sigillorum karacteribus roboramus, appositis nihilominus sigillis domini *Weikhardi senioris de polnhaim patru* nostri et domini *Johannis de Ror*, qui interfuerunt huic compositioni cum testibus infrascriptis, qui sunt hii: *Dominus*

Weikhardus predictus, Ortolfus, Hainricus, philippus, Albero fratres de polnhaim, Erkhingerus de Wesen, dominus Ruedigerus de Vtustedin, dominus theodericus de Ebelsperch, dominus Gotfridus de pernowe, dominus hermannus de Egendorf, Otto de Ahleiten, Hainricus Lawarius, Reicherus de Edelspah, Chunradus holzmann, Vlricus Rufus, Tiemo de Eginberg, Tristramus de Aich, Thiemo de pernaw et Alii quam plures, qui huic facto interfuerunt, audiuerunt pariter et viderunt, Actum Anno Domini M^o.CC^o. octogesimo septimo, Nonis Septembris.

Urkundenbuch von Kremsmünster, Nr. 126.

LXXIX.

1287. 25. November. Wien. — *Leutolt von Chunring verschreibt auf den Fall, dass er, ohne Söhne zu hinterlassen, sterben sollte, die Burg Windeck und sein Besizthum in der Riedmark dem Lehenherra dem Bischofe zu Regensburg.*

Ich *Leutolt von Chünring Schench in Oesterrich* tun allen den chunt, di disen brief ansehnt, daz ich meinem lieben Herren dem *Bischof Heinrich von Regenspurch* und sinem Gotesause erchant und vergehen han und mich mit disem brief dazu gebunten han, daz min *Burck Windekk*, di ich ze lehen han von im und dem Gotsause ze Regenspurch und allez, daz darzu gehört, versucht und unversucht, ez si eigen oder lehen oder Vogtai, di min eigen sin oder ich hab si ze lehen von dem Gotshause *in dem Luzz in der Riedmarch* oder auzzerhalb, zwi ez genannt ist, als ez verschriben ist an den briefen, di wir heid unter einander haben gegeben und mit des *Herzogen Albrechts* Insigel *von Oesterrich* und auch mit dem unsern versigelt sint, daz vorgebant Gotzhaus von Regenspurch gäntzlich und ledichlich angefallen soll mit allem dem Gut. daz er mir ingeantwurt hat, ob ich di Gnad von Got gewinn, daz ich mich in einen geistlichen orden begib, (oder) daz ich erben gewinn, di sün sint. Ez sol auch dem Gotshaus niht schaden, daz di Vogtai an den vorgebantten Hantvesten niht genennet sint. ich bind auch mich mit disem brief, daz ich dem Gotshaus von Regenspurch widerlegen und erstaten sol mit ander minem Gut, swaz ich miner dann 30 ℥ Gült dem vorgebantten Bischof antwurt ze Windekk on Chriekch und on Gevärd. Ich vergich auch, daz mir di schrift niht frumen sol. die an den vorgebantten Hantvesten stet über daz wort, ob ich erben gewinn, dez vergich ich, daz daz allein

auf di sün gehen sol und auf dhein min Tochter oder auf dheinen andern minen Vriund und auch ander sache, daz daz Gut *Cell* und *Aysthoven* min leipgeding sol sin, daz mir von dem vorgenannten Bischof geantwurt ist, und widersag allem geistlichen und weltlichen reht, daz mir daz iht gehelfen mûg, ez werd allez dem Gotteshaus ledich, alz ez vorgenannt ist, ze hanf, als ich mich in ein Closter begib und im geistlichen orden erscheine. Ist aber, daz ich einen sun oder mer sün gewinn è, daz ich mich begib, di mich überlebet, so sol mir allez daz stät beleiben und auch denselben sünen und gänzlich für sich gen, daz mir unter des Bischofs und des Capitels Insigel von Regenspurch verhantvestet und bestätigt ist und sol dieser brief fürbaz gar ze niht sin. Daz daz also stät beleib, alz ez hie geschriben ist, darüber han ich disen brief mit dem vorgenannten Herren dem Bischof von Regenspurch gegeben versigelt mit minem Insigel. Daz ist geschehen datz *Wiem* nach Christes geburt 1287. Jar an sand Katarein tag.

Ried, Cod. Ratisbon. I 623.

LXXX.

287. 25. November. Wien. — *Herzog Albrecht beurkundet, dass Leutolt von Chunring geschworen habe, das Schloss Windeck sammt Zugehörung seinem Lehenherrn, dem Bischofe von Regensburg, im Falle seines kinderlosen Todes zurückzugeben.*

Nos *Albertus Dei Gratia Dux Austriae et Styriae, dominus Carniolae, Marchiae ac portus Naonis* vniuersis praesentem paginam inspecturis volumus esse notum, quod strenuus vir *Leutoldus de Chunring Pincerna Austriae* fidelis noster dilectus motus fidelitatis puritate, qua *Ratisbonensem Ecclesiam* sincere prosequitur, volens que proprie Salutis consuleri, in remedium animae suae et progenitorum suorum professus est et recognovit publice coram nobis, quod *castrum Windeck*, quod a venerabili patre domino *Heinrico Ratisponensi Episcopo* et suis praedecessoribus nec non a *Ratisbonensi Ecclesia* possedit haecenus et nunc possidet titulo feudali, sicut per eum ex superhabundantj corporali iuramento in nostra praesentia et probatum, cum omnibus suis pertinentiis cultis et incultis, quesitis et inquirendis, pratis, pascuis, aquis, Silvis, nemoribus, piscarijs, iudicijs, oppidis, villis et foris *Suertperg* et *Traqæum*, quae inter caetera

exprimi placuit nominatim, ac aliis possessionibus seu redditibus et iuribus, quocunque nomine nuncupantur, sive *in termino Riedmarchiae*, qui *Luz* vulgariter dicitur, sive extra fuerint situatae, post obitum suum, si absque hæredibus decesserit, sine contradictione qualibet et prædictam Ratisponensem Ecclesiam integraliter revolveat debeat absolute, promittens firmiter et districte, quod nec in vita nec in morte Castrum præfatum vel quicquam de appendiciis eiusdem ab Ecclesia Ratisponensi alienare debeat, vendere vel obligare, infeodare vel alias distrahere quomodo. Tenetur etiam idem Leutoldus domino Episcopo prænotato cum castro prædicto et ad idem Castrum redditus triginta Librarum denariorum Viennensium assignare, sive feodi a Ratisbonensi Ecclesia vel proprietatis nomine appellentur, et omne ius proprietatis, si quod in eisdem redditibus prælibatum Chunringerium respicit, transibit sine exceptione ad Ratisponensem Ecclesiam supradictam. inclusit (sic) insuper iuramento suo prænotato, Quod de prædicto Castro et suis attinentiis nullum alienationis seu infeodationis contractum usque ad præsens recognitionis tempus fecerit, sed omnia fuerint absoluta. Quilibet quoque Capitaneus, qui etiam modo de scitu et favore prædicti Henrici Episcopi et Successorum suorum in prædicto castro locandus est, dummodo sit de numero militum Chunringerii, præstabit corporaliter iuramentum, quod post mortem ipsius Chunringerii dictum Castrum cum omnibus suis attinentiis prædicto domino Episcopo Henrico aut successori suo pro tempore existenti vel gerenti vices suas, vel si sedes Ratisbonensis vacaverit, procuratoribus, qui ex parte Ratisponensis Capituli fuerint constituti, sine cuiuslibet recusationis obstaculo et sine captione (sic) assignare libere nullatenus contradicat, prædictus autem Henricus Ratisponensis Episcopus affectum prædicti Chunringerii benigna reconpensatione occurrens forum suum *Cell* et Curiam in *AKShouen* cum omnibus feodis, quæ prædicto domino Episcopo in eodem *Luz* iam dudum de iure vacare coeperunt vel vacaverint in futurum, iuribus, pertinentiis et redditibus eorundem assignavit nomine præcarij Chunringerio prænotato tenenda tantum pro tempore vitæ suæ ita, ut, quamdiu vixerit, nihil sibi per venditionem, infeodationem, obligationem vel quemcunque alienationis modum liceat alienare vel distrahere de eisdem, sed postquam migraverit de hac vita, unacum prædicto castro ac attinentiis eiusdem ad Ratisbonensem Ecclesiam redire debeant absolute. Si

vero hæredes procreati fuerint per Chunringum prænotatum, ad eodem castrum antedictum et omnia eidem attinentia Vnacum prædicta Curia AKSthouen et feodis in præ dicto Luzz, antequam hæredes habuerint, vacatis (sic) iure feodi devolventur, forum autem Cell cum omnibus suis curibus et pertinentiis ad Ratisponensem Ecclesiam revertetur. Est autem postremo id adiunctum, Quod, si hæres vel hæredes a prædicto Chunringerio fuerint acquisiti, qui tamen patre superstite in fata decesserint, Eadem tamen prole sic momentanea non obstante Omnia et Singula supradicta in suo Robore permanebunt. In Signum autem possessionis, quæ Nuz vad gwer communi vocabulo appellatur et quam dominus Episcopus in prædicto Castro Windek et omnibus suis pertinentiis iam recepit, a Chunringerio prætaxato, qui eadem castrum et attinentia, si, ut dictum est, pueros non habuerit, Ratisponensis Ecclesiæ sub nomine recommissi tantummodo reservabit de Possessionibus Castri Windek Sexaginta denarios, de *Swertperg* triginta denarios, et *Trageum* triginta denarios et pro iudicio proprietatis de Cell dimidiam Libram Denariorum, de *Akshouen* triginta denarios usualis monetæ eidem domino Episcopo annis singulis persolventur. In cuius rei testimonium et cautelam præsentem literas sigillorum videlicet nostro, prædicti domini *Heinrici* Episcopi nec non supradicti *L. de Chunring* munime placuit communiri. Testibus, qui præsentem aderant, subnotatis, videlicet *domino Wernhardo Venerabili patauiensi Episcopo, Vlrico præposito Ratisponensi, Magistro Heinrico de Triveya Decano Brixinensi, Heinrico de jnne vicedecano et Cannonico Patauiensi, Magistro Vlrico doctore decretorum, Reynoldo Cannonico Ratisponensi, Magistro Benzone Cappellano, nostro dilecto, Magistro Gotfrido prothonotario, Magistro Ortlibo doctore decretorum Bonnone et Philippo notario et Cannonico veteris Capellæ Ratisponensis, Nobili viro Vlrico de Toufers et Hugone filio eiusdem, Friderico Dapifero de Lengpach, Heinrico de Ehrnuells, Friderico de Hausekk, Hermanno de Wolferstorf, Chunrado de Pilichdorf, Calhoho et Rimperto fratribus de Eberstorf, Ekardo de Viehdorf, Hermano de Wisent, Rickero dicto Smirl, Rimbotone de Meilnhart, Heinrico Panholz, Vlrico de Stauff, Herbordo de Smidhing Militibus et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Viennæ Anno domini MCCLXXX septimo in die Sanctæ Catharinæ Virginis.*

Strein, geneal. Handschriften. Oe. ständ. Registratur.

LXXXI.

1287. — Die Brüder Heinrich und Hartnit von Volkenstorf vertauschen an ihren Vetter Chunrat von Volkenstorf für ein ungenanntes Gut ihr Drütel von verschiedenen Gülden.

Ich Hainrich von Volchenstorf hern Ortolfs sun tvn ehvnt allen den, die disen brief hörent, daz ich vnd min bruder Hertnit vnserm vetern Chunraten von Volchenstorf hern Dietrichs sun ze widerwehsil an ainem gvt, des wir von imseingewert, gegeben haben vnser drittail an dem gut, daz man hie benennet Der Hof ze Neunprunne, giltet zwelif schilling, der hof ze Chvgeloch giltet sechs schilling, dacz pach zwo hüben geltent ain pfvnt, der hof ze Chrainmose giltet sechs schillinge, dacz Hausleiten vier hübe geltent zwelif schilling, dacz Chvkching drev lehen geltent nevn schilling, der zehint, den her Otte von der Erl hat, giltet zwai pfunt, ders Reiters hof vnd daz Cöbleins giltet sehs schilling, ain lehen ze Pehaimperg giltet sehezic pfennig, Rudolfs lehen im raevt vnd driv darzu geltent ainlef schilling, daz der Möltler hat, giltet ain halp pfvnt, daz Hainrichs von Egendorf giltet ain pfvnt, an dem Chiunperge ain halpfvnt, in der Ravnich ain halpfunf, dacz Rudwaering zwo hübe geltent ain pfvnt, da selben zwo ander hat der Fronbergaer, die geltent ain pfunt, dacz Osang zwo hübe geltent zwai pfvnt, an dem maierhof ain pfvnt, in der maincz viertzig pfenning, dacz Havenperg vnd im tale ain pfvnt, ain lehen hat Pernger, giltet ochtzig pfenning; vnder disem gut ist mir nicht gesvndert, nvr div zwai pfvnt geltes dacz Osange, daz ander gehört in vnser drittail, daz selbe drittail benennen wir im vnd bestaetin ims mit vnsern insigeln an disem brief, des sint gezevge: Her marchart vnd her Perchtolt Préhaeven und ir baidere svne, Her Otte Wolfstain vnd sin bruder Arnolt, Vlrich vnd Dietmar von Tuersendorff, Ulrich vnd Perchtolt vnd Marchart Schekchen, Josep, Otte von Zaenning, Ditmar der Schachnaer, Marchart von Osterberch, Hainrich von Stadel, Fridreich Chresslinch, Hainrich Straelaer, Ortolf vom Prunne, Ekprecht von Siczenberg, Herwort, Otte vnd an der genvge. Diser prief wart gegeben nach christes gebvrt vber tovsent iar, zwaihundert iar, sibem vnd ochtzig iare.

Orig. auf Perg. Siegel fehlen. K. k. geh. Hausarchiv.

LXXXII.

1288. 18. Jänner. Regensburg. — *Heinrich, Bischof von Regensburg und sein Capitel setzen fest, dass das von Leutolt von Chünring erorbene Schloss Windeck nie mehr dürfe veräußert werden.*

Nos *Heinricus* dei gratia *Ratisponensis* *Episcopus* tenore presentium litterarum constare volumus universis, quod *Ecclesia* nostra *Ratisponensis* per gubernationem nostram, quam tenemus indigni, semper proficiat nec deficiat, ad quod pro posse nostro extendimus vires nostras, vias alienationum seu distractionum, que de bonis ipsius *Ecclesie* nostre possent fieri, semper intercipere, quantum valeamus, et succidere cupientes de venerabilis *Capituli* nostri beneplacito et consensu statuimus et ordiuamus perpetuo semper robore observandum, ne nobis aut *Successoribus* nostris *Ratisponensem* *Sedem* regentibus in futurum liceat ullo modo per venditionem, obligationem, infeodationem vel per quemcunque contractus seu alienationis modum castrum nostrum *Windeck* cum omnibus suis pertinentiis, quocunque nomine nuncupentur, que a dilecto fideli nostro viro strenuo *Leutoldo de Chünring* nostre *Ecclesie* comparavimus post mortem ipsius *Chünringii* eidem nostre *Ecclesie* absolute et libere vacantia, prout in *Instrumentis* super hoc confectis plenius continetur, a prenotata *Ecclesia* nostra nunquam aliquo tempore avellere ullo modo, sed quicquid per nos vel *Successores* nostros adtemptari continget in contrarium in hac parte, illud totum ex nunc decernimus irritum et inane. Volumus etiam et ordinationi includimus supradicte, ut *Curia* in *Semchoven* et tres hube in *Reut*, quas *Eyzenricus* nepos quondam *Ortlibi* in foro *Civis Ratisponensis* sive filius *ottonis* in foro a nostra *Ecclesia* tenuit titulo feudali post mortem fidelis nostri *Friderici dicti Stoufaer*, qui easdem tenet eodem titulo, in presenti, remoto quolibet alienandi Contractu similiter debeant apud nostram *Ecclesiam* annexione perpetua remanere. In cuius rei testimonium presentem litteram *Sigillorum* nostri videlicet et predicti *Capituli* nostri munimine placuit roborari. Datum et actum *Ratispone* anno domini 1288. in *Kathedra* beati *Petri*.

Ried, Cod. Ratisbon. I. 624.

LXXXIII.

Circa 1288. 22. Jänner. Steyr. — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, spricht dem Kloster Ranshofen die Gerichtsbarkeit über seine Unterthanen zu.*

Albertus Dei gratia Dux Austrie et Stirie, Dominus Carniole, Marchie et portus Naonis universis presentes literas inspecturis salutem. Coram nobis ad instantiam honorabilis viri *Chunradi Prepositi Ecclesie in Ranshoven* nostrorum consiliariorum accedente consilio est discussum, quod coloni sive homines Ecclesie sue prediate super omnibus questionibus suis, quas contra bona sive predia ipsius Ecclesie habuerint, primo et principaliter coram eodem Preposito et Conventu in Ranshoven suas actiones debeant instaurare. Si autem per eundem Prepositum et Conventum in Ranshoven eisdem colonis sive hominibus iustitia negata fuerit, tunc iidem coram iudice competente suas poterint prosequi questiones. Datum *Stirie* XI. Idus Februarii.

Monum. boie. III. 348.

LXXXIV.

1288. 29. Jänner. Linz. — *Schiedspruch des Rathes zu Linz, vermöge dessen die Satzung auf der Hofstatt zunächst dem Harbrunner sammt dem Hofe und der Hube zu Leunting und Ulrichen dem Pfenning und seiner Hausfrau, deren Tochter Margaretha aber zwei Häuser zu Linz zufallen sollen. (C. f. 1263.)*

Ich *Meinhart der rihter vnd die gesworn der rat von Lintz* tyn allen den chunt, die den prief an sehent, daz wir allen den chriekch, den *vreich der Pfenminch* vnd sein hausvrawe *vre Chuni-gvnt* vnd ir tohter *Margaret* enneher hawent gehabt vmb ir peder eribtail, haben verschaiden vnd verrihtet nach der pesten puriger rat von der stat ze *Lintz* vnd avch nach desselben chindes *Margareten* nachster vreunde rat vn avch mit gvtem willen des selben chindes *Margareten* vnd avch mit gvtem willen *vreiches* des *pffenings* vnd seiner hausvrawen *vren Chvnigvnden* vnd ist avch daz geschehen paidenthalben on allez vürzokch mit rehter vürzihte Also, daz *vreichen* dem *pffeninge* vnd siner hausvrawen *vren Chvnigunden* werden sol div sattuunge avf der hofstat zenechst dem *Harbrunner* vnd div Hvb datz *Leuntinge* vnd der hof avch ze *Leuntinge* auf dem *perige*

vnd der weingarte datz *Pach* gegen *Tyernstaine*. Daz si mit dem gÿte, daz hie benant ist, ewichleichen schaffen svln ze verchafften oder ze versetzzen, zÿ swiv si des bedurffen, daz sev dar an niemen irren sol. Dar vmbe ist dem vorgeantten chinde Margareten beschaiden vnd gegeben ledichleichen div zwai haus pei dem tor, da der *wagner Chÿnrat* da inne ist vnd daz ze nechste vor an dem selben hause leit gegen der strazze. Icz sol avch vreich vnd sin hausvrawe daz selbe chint Margareten vnd div vor genanten heuser inne haben, daz man daz chint mit den selben heusern bestatten mÿg. ist awer, daz daz selbe chindel stirbet ê, daz man iz ze manne geb, so svlen dev selben heuser sein mÿter vren Chÿnigvnden hin wider an erben as ê. Iz stet avch daz voder haus, daz dem chinde beschaiden ist Margareten nevn pfvnt pfenninge, daz selbe haus sol im avch vreich der Pfennich vnd sein hausvrawe des chindes mÿter lösen vnd ledikch machen in drin iaren von dem hofcins vnd die selben losvnge sol daz selbe chindel haben avf der hofstat zenechst dem harbrunner, Daz disew red nv vÿrbaz an alle wider red stÿt vnd immer mer ewikch sei, da gewen wir disen brief vber ze ÿrchÿnde mit vnser stat insigel bestetet vnd mit den geziggen, die pei der selben geschefte sint gewesen, Daz ist *Her Ewerhart von walsse Lant-rihter ob Ens*, *Her Meinhart der rihter*, *Her vreich der mautter*, *her Hainreich der Prantter*, *werhart an dem êrfar*, *jacob von wels*, *Hainreich der Chroppf* vnd ander piderb Leute. Ditz ist ze *Lintz* geschehen von Christes gepÿrt Tausend jar, zwai hundert iar, in dem ohte vnd ochtzkisten iar an dem ohten tag sant Agnesen tag der marterrerrinne.

Orig. auf Perg. mit dem Siegel der Stadt Linz. Klosterarchiv Garsten.

LXXXV.

1288. 20. Februar. Neuburg. — *Albrecht I., Herzog von Oesterreich, bestätigt einen Freiheitsbrief Friedrichs des Streubaren für das Kloster St. Florian.*

Albertus dei gratia dux austrie et Stirie, dominus Carniole, Marchie ac Portus naonis Vniuersis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Honorabiles ac deuoti nostri dilecti *Vlricus prepositus* et Conuentus *Domus sancti Floriani* quoddam priuilegium saluum et integrum non cancellatum nec in aliqua parte sui uiciatum sibi per

quondam illustrem *Fridericum Ducem austrie et styrie*, predeces-
sorem nostrum traditum et indultum nobis exhibuere petentes humi-
liter et deuote, quatenus idem priuilegium ipsis confirmare, appro-
bare et inouare de nostra speciali gratia dignaremur. Cuius quidem
priuilegii tenor, de uerbo ad uerbum per omnia talis est. (Wie die
Urkunde: Dat. in chremsa. am 8. December 1243.) Nos itaque
cupientes, ut loca religiosa studio nostro proficiant et perdicionis
periculum non incurrant, prefatis preposito et conuentui, quibus pro
sue deuocionis experientia uotiuia digne nostri fauoris fructuosa pre-
rogatiua debetur, cum ecclesia, personis et rebus suis, in presidium
et amplexus nostre gratie specialis et protectionis assumptis ex nunc
in antea, prenotatum priuilegium, per omnes et singulos in ipso con-
tentos articulos sicut superius sunt expressi, liberaliter approbamus,
innouamus, confirmamus eisdem et presentis scripti patrocinio com-
munimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre renouacionis,
confirmationis et defensionis infringere paginam uel eidem
temere contraire. Quod quis secus attemptare presumpserit, indigna-
tionem nostram grauissimam se nouerit incurrisse. In cuius rei testi-
monium presentes litteras scribi et sigillo nostro iussimus comuniri.
Testes sunt Venerabilis pater Dominus *Wernhardus Pataviensis
episcopus*. Viri nobiles *Vlricus de Töfers et Heinricus de Schön-
berch*, Strennui (sic) *Chunradus de pilhetorf*, *Hermannus de Lan-
denberch*, *Otto de Haslow*, *Magister Gotfridus prothonotarius
noster dilectus*, *Eberhardus de Wallse* et alii quam plures. Datum
Niemburge Anno domini MCC. Octogesimo Octauo. XI. Kalendas
Martii.

Stülz, St. Florian 326 aus dem Original.

LXXXVI.

1288. 20. Februar. — *Heinrich von Volkenstorf gibt an St. Florian, in Einver-
ständnisse mit seiner Hausfrau Margareth und seinem Bruder Hertnit 6½ Ta-
lente Einkünfte auf 11 Gütern zum Seelgeräthe.*

In Nomine domini Amen. Cum dubia et fragilis hominij sit vita
tributa, necesse est, vt quilibet mortalium amicos sibj de rebus faciat
transitoriis, per quos in eterna tabernacula, cum defecerit, recipi
mereatur. Proinde ego *Heinricus filius domini Ortolfi de volchenst-
dorf* vniuersis tam futuris quam presentibus fieri cupio manifestum,

quod in bona valitudine corporis mej et cum matura deliberacione pariterque de consensu vxoris mee domine *Margarete* et fratris mei *Hertnidi* et omnium heredum meorum legauit *Ecclesie sancti Floriani* pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum redditus sex talentorum et dimidii in vndecim prediis subnotatis, Ex quibus quedam ad Cellerariam, quedam ad Custodiam, quedam ad infirmitorium deputauit. Nam duo predia in *Elchaim* et duo predia in *Reichpoltswinchel* ad Officium cellerarie tali condicione assignauit, vt hic, qui eidem officine presuerit, quater in Ebdomada altare sancti Johannis apostoli in Monasterio positum, hoc est in secunda feria de animabus, in tercia feria de sancto Johanne, in sexta feria de sancta Cruce, in sabbato de domina nostra inofficiare perpetuo vel per se debeat uel per alium procurare, cuj pro sui laboris salario ad singulas missas duos volo denarios exhiberi. In quibus eciam missis memoriam mej et parentum meorum habebitur specialis. Duo eciam predia in *Elchaim* tradidi Custodie, ut Custos eidem altari in lampade nocte et die ardente ex oleo debeat prouidere. Reliqua vero quinque predia, quorum quatuor in *weinpach* et vnum in *nötinkstorf* sunt sita, decem et octo solidos denariorum et vnum modium silliginis annuatim soluentia ad infirmitorium deputauit, ut rector eiusdem in proxima die, que diem sequitur omnium animarum, XII solidos singulis annis distribuatur inter fratres, vt videlicet in eadem die anniuersarium meum et parentum meorum ibidem simul conscriptorum ea sollempnitate peragant, qua anniuersarium celebrare consueuerunt vnus de consortio sacerdotis. Ipso eciam die magister infirmarie duas pernas pro sex solidis comparatas et vnum modium silliginis in elemosinas pauperum tenebitur erogare. Hec igitur ordinacio mea, si per negligenciam non obstante aliquo legitimo impedimento fuerit pretermissa nec post trinam ammonicionem heredum meorum fuerit emendata, senior de heredibus meis vel proximus consanguineus, si liberis caruero, de prescriptis possessionibus tanto tempore se intromittet, donec ea, que neglecta sunt, reuocata fuerint et correctata; facta autem emendacione hic, qui pretextu huiusmodi ordinacionis mee de premissis bonis se intromiserat, nichil ulterius habebit disponere cum eisdem. Verum si ductus amore prediorum ad restitutionem se difficilem reddiderit eorundem, super rehabicione ipsorum conuentus advocati sui auxilium inuocabit. Et ne super huiusmodi donacione mea eadem Ecclesia calumpniam ab heredibus meis uel consanguineis

meis in posterum paciatur, presentem litteram eisdem tradidi duorum sigillorum mej videlicet et fratris mej Hertnidi munimine roboratam Testibus annotatis, qui sunt *Dominus chunradus de capella, Dominus Heinricus de Lonstorf, Dominus Otto Wolfstain et fratres suj Arnoldus et Albertus, Ortolfus de Stadel, Vtricus de Sinzenperg et filius suus Vtricus, Sifridus de Welichling, Haidenricus, Otto marbech* et plures alii, qui eidem facto interfuerunt, audiuerunt pariter et viderunt. Acta sunt hec Anno domini M^o.CC^o.LXXXVIII. XI. Kalendas Marcii.

Orig. auf Perg. Zwei hängende Siegel. Stiftsarchiv St. Florian.

LXXXVII.

1288. 21. Februar. Garsten. — *Marquart, Abbt zu Garsten, gibt dem Heinrich Harbrunner einen Hof ober dem Berge und ein Lehen in Leuntinge.*

Nos *Marquardus dei gratia Gerstensis Ecclesie Abbas* et Conuentus notum fieri volumus vniuersis hanc litteram inspecturis, quod nos *hainRico dicto Harbrenner* et suis heredibus Curiam nostram *super Monte* et Mansum in *Leuntinge* iure ciuili contulimus tali pacto, quod ipse ac sui heredes de eodem predio In natiuitate Beate *MaRie MaRie* (sic) virginis soluant vigintj solidos annuatim et si censum predictum supersederint dare termino prenotato, tunc emendam nouerint accreuisse. Et si forte propter inopiam vel casum quemlibet eadem bona eos alienare contigerit, nobis prius offerant nostris vsibus redimenda, ante quam ad manus alienas transeant, tenore quolibet occupanda. Actum et Datum in *Gersten* Anno domini M.CC.LXXXVIII. x. Kalendas Mariij, Testibus subnotatis, qui sunt hij: *Dominus Gotshalcus, Dominus Chunradus dictus malus vir, Dominus Richerus, Dominus Chunradus dictus Rczendorfer de Ecclesia nostra sacerdotes, Meinhardus iudex in Lintza, vtricus Metarius, hainRicus pranter, filius suus vtricus, Leupoldus prezzer, Otto de Ibsa, Perchtoldus consanguineus domini Abbatis, Chunradus de Linza, Ditmarus Schachner, hainRicus dictus phenninck, Jacobus ciuis de welsa* et alij plures fide digni.

Orig. auf Perg. Die Siegel abgefallen. Klosterarchiv Garsten.

LXXXVIII.

1288. 26. April. In Castris ante Wissenburch. — *König Rudolf trägt den Oesterreichern auf, seinen Söhnen Albrecht und Rudolf gehorsam zu sein.*

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus Vniuersis Comitibus, Nobilibus, Ministerialibus, Militibus, Clientibus et Vasallis Austrie fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Cum Nos accedente consensu libero Principum venerabilium et Illustrium in Electione Romanorum Regum et Imperatorum voces habentium vacantes nobis et Imperio terras seu Ducatus Austrie et Styrie cum suis Dominiis, honoribus, juribus et vniuersis vtilitatibus quondam ingenuis *Leupoldo et Friderico ducibus* ipsorum Principatum debitis et consuetis Illustribus *Alberto et Rudolfo* filiis nostris karissimis et heredibus eorundem contulerimus a nobis et Sacro Romano Imperio perpetuo possidendas et eos investiverimus sceptro Regio de eisdem, ut declarant plenius privilegia super ipsam collationem tradita et confecta, vniuersitatis vestrae fidelitati committimus firmiter et mandamus, quatenus eisdem *Alberto et Rudolfo* filiis et principibus nostris veris vestris Dominis et Ducibus plena fide nec non subiectionis omnimode debito et reverentiæ intendatis Non obstantibus quibuscunque iuramentis Nobis et Imperio Romano per vos prestitis, que presentibus relaxamus et litteris hinc inde datis seu privilegiis omnibus concessarum vobis per Nos quarumlibet libertatum. Datum in Castris ante Wissenburch VI. Kal. Maji, Indictione prima, Anno Domini M.CC.LXXX. Octauo, Regni vero nostri Anno quinto decimo.

Kurz, Ottokar und Albrecht. II. 296. — Auch in Schrötter, Abhandlungen I. II.

LXXXIX.

1288. 4. Mai. Neuburg. — *Albrecht I., Herzog von Oesterreich, bestätigt die Mauthfreiheit des Klosters St. Florian.*

Albertus dei gratia Dux Austrie et Stirie, Dominus Carniole, Marchie ac Portus naonis uniuersis iudicibus ac Mutariis, per *Austriam* constitutis fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Cum deuoti nostri dilecti prepositus et Conuentus *ecclesie sancti floriani* ab omni theloneo siue muta ubique per *austriam* tam

in terris quam in aquis per priuilegia Romanorum imperatorum et regum ac etiam predecessorum nostrorum Ducum *austrie*, quemadmodum in autenticis eorum vidimus ac per confirmationem nostram munificam sint exempti, Vobis mutariis uniuersis et singulis districtius inhiibemus, ne quis vestrum ab eisdem in antea, siue sit in terris siue in aquis, quocumque tempore anni nomine thelonei siue mute aliquit exigat vel requirat. Sed et vobis uniuersis iudicibus districtione simili inhiibemus, ne quis vestrum in dicte ecclesie exemptionis preiudicium victualia eiusdem seu homines siue colonos ecclesie attinentes aliquorum debitorum pretextu detineat aut detineri permittat, nisi prius a dicto preposito vel a suis officialibus iusticia requiratur. Si vero causa alicuius questionis immediate contra prepositum vel suam ecclesiam habeatur, nequaquam ab aliquo vestrum bona ipsorum seu homines occasione talis questionis detineri volumus, nisi prius ab eo, quem viceaduocatum eidem pro tempore prefecerimus ecclesie, iusticia fuerit requisita. Quod si contrarium feceritis preter indignationem nostram penam centum librarum auri in suis expressam priuilegiis incidetis. Datum *Neunburge* in die sancti Floriani martyris. Anno domini MCC. octogesimo VIII.

Original. Das hängende Siegel ist abgefallen. Stiftsarchiv St. Florian. — Stülz, St. Florian 327.

XC.

1288. 9. Mai. Wien. — *Kunegunde, Gräfin von Schleunz, übergibt dem Herzoge Albrecht und dem Lande Oesterreich den Herrn Utrich von Weiderfeld und seinen Bruder Wernhart.*

Ich *Chonegunt* die *Grævinne von Sleunz vnd von mern* vergih an disem brieue vnt tvn ovch chvnt allen den, di disen brief lesent oder hœrent lesen, die nv lebent vnd her nach chvnftich sint, Daz ich mit gvetem willen vnd mit verdahtem mvete vnd ovch mit zeitigem rate meiner vrvynde vnd mit ir gvnst *hern vtreich von weiderfelde* vnd seinen brveder *vernhart*, die mein reht aigen sint gewesen von ir mveter vrovn *Hiltegarten*, gegeben han meinem herren *herzoge albrehte von Oesterreiche* vnt dem lande ze Oesterreich mit allen ir chinden vnde mit aller afterchvnft vnd han daz getan, do ichz wol getven mohte, do ich mein aigen wol ggeben moht mit rehte, swem ich wolte. Ich han ovch meinem herren herczoge

albrehte von Oesterreich vnt dem lande ze Oesterreich di vorgenan-
ten leyte gegeben geruwechleich ze haben an alle ansprache. Daz
nv disiv gabe, die ich willechleich dem herczogen vnt dem lande ze
Oesterreich gigegeben han, staet vnd vverwandelt beleibe vnd ovch
dester gehvgesamer sei, des gib ich meinem herren herzoge albrehte
disen brief mit meinem insigel ze iner bestaetigunge vnd zeiner
vestenvnge dirre sache vnd mit den gezivgen, di her nach geschriben
stent, den disiv sache vnt disiv gabe wol chvnt ist. Daz ist *bischof
wernhart von Pazzowe, Bischof Levpolt von Sekkowe, bruder Hain-
reich Prior von Chremse, Grave Berhtolt von Rabenswach, Grave
Berchhart von Meideberch, her Heinreich der edel von Schowen-
berch vnd sein veter her Heinreich von Schowenberch vnd her
wernhart von Schowenberch, her vreich von Tovuers, her Levolt
von Chvnrigen, her Stephan von Meihsowe, her Chvnrat von
Potendorf, her Levolt von stadekke, her fridereich der druchsætzte
von Lengenpach, her albrecht der Stuhse von Trautmanstorf, her
Alber von Preckhaim* vnd an der biderbe leyte, di ovch diser gabe
vnd diser rede gezivch sint. Diser brief ist gigegeben vnd ist ditz
dinch geschehen *ze wienne in der Bvrg*, do von Christes gebvrt
ist gewesen Tovsent iar, zwai hvndert iar vnd in dem aht vnd ahzi-
gisten iare des svntages aht tage vor phingsten in dem mayen.

Orig. auf Perg. mit einem runden weissen Siegel, das einen Adler enthält.
Umschrift: † S. Chvniqvnd comitisse de slevnz. K. k. geh. Hausarchiv.

XCI.

1288. 25. Mai. — *Revers Weicharts von Polheim wegen einiger Lehen, die das
Kloster St. Florian Ulrich und Alram von Piriching geliehen.*

Ich Weichart hern Weicharts svn von Polnhaim tûn chunt mit
disem prief allen, di in hornt lesen, daz *probst Vlrich* vnd allev
samnvng von *sant Florians haus* habent gelichen *Vlrichen vnd
Alram von Piriching* vnd ir elinden ze rechtem lehen den zehent
auf dem *Wernhartshof daz Ruzeldorf* vnd da selben auf einem lehen
vnd den zehent auf einer hûb datz *perge* vnd einen tail des zehentes
auf dem hof datz *preenne*, den si gehauft heten von *Hainreichen
chlainstain*, der in ê ze lehen het von dem gotshaus, vnd ist daz
geschehen mit sottam (sic) gelub, daz si icrehleichen von dem sel-

ben zehenten suln geben ze zins zehen phenning an sant Jorigen tag, vnd lünt si des njcht, so shuln si in den nechsten vierzehnen tagen nach sant Jorigen tag sehzk phenning ze wandel geben; geben si danne der sibenzk phenning nicht, so sol sich der probst mit ier gueten willen des selben zehents vnderwinden so lang, vntz datz si di selben phenning geben, vnd suln auch den selben zins nindert nür in den hof daz perge antwürten. si shuln auch desselben zehent nindert verchumbern weder mit satzyng noch mit hingeben, nür mit des probst güten willen. Wand di selben chnecht mein diner sint vnd selben nicht insigel habent, daz vürpaz chain chrieg zwissen in werd vmb den selben zehenten, han ich dem probst vnd der samnung gegeben disen prief mit meinem insigel vnd sint des gezevg *her chunrad von volchensdorf, her Otte Wolfstain, Ditmar Wolfstain, Heinrich tobler, Ditreich Walich, Herbord von Chremadorf* vnd alle di, di da pei sint gewesen, Vnd ist daz geschehen nach vusers herren gepürd vber tausent Jar vnd zwaihundert jar am dem Echth vnd ochzikstem jar an sand vrbans tag.

Orig. auf Perg. Im Siegel das bekannte Polheimer Wappen, ohne Helm und Zierde. Stiftsarchiv St. Florian.

XCH.

1288. 9. Juni. — *Ruger von Otterstetten und Dietmar von Aistersheim verzichten auf die zwei Güter zu Speche und Reichgozzing, welche Elisabeth von Hutt als Seelgeräthe nach St. Florian gegeben.*

Nos *Rugerus de Ottersteten et Ditmarus de Aistershaim* Scire uolumus uniuersos presentem paginam inspecturos, quod matertera nostra pie memorie Domina *Elyzabeth vxor Rugeri de hütten* agens in extremis pro remedio anime sue legauit *Ecclesie sancti Floriani*, vbi sepulturam uiuens elegerat, duo predia, vnum in *speech*, alterum in *reichgozzing* de bona uoluntate nostra pariter et consensu renunciantibus nobis tempore sepulture eiusdem et pro nobis et pro cunctis heredibus nostris omnibus iuribus, que ex successione hereditaria in eisdem prediis nobis competere uidebantur. Verum cum eadem predia annuatim duo talenta et amplius soluere uideantur, statuimus vnacum prefato Huttario eiusdem domine *Elyzabeth relicto*, vt magister *Infirmorum*, quem eorundem prediorum prouisorem esse uolumus, x. solidos in anniuersario matertere nostre diuidat annis singulis

inter fratres, ut uidelicet ipsum anniuersarium cum missis et uigiliis eo ritu peragant, quo anniuersarium sacerdotis de loco agere consueuerunt. Residuum uero seruicij rector infirmorum magistro operis tanto tempore exhibebit, donec fabrica monasterii plene fuerit consummata. Facta autem consummatione illud residuum super x. solidos in elemosinas pauperum in ipso anniuersario idem infirmarius tenebitur erogare. Hec igitur ordinatio nostra si per negligentiam non obstante aliquo legitimo impedimento fuerit pretermissa nec post trinam ammonicionem nostram uel heredum nostrorum fuerit emendata, seniores duo ex heredibus nostris nobis non existentibus de eisdem prediis tanto se tempore intromittent, donec ea, que neglecta sunt, fuerint reuocata. Facta quoque reuocacione heredes nostri, qui se de ipsis prediis intromiserant, nichil ulterius habebunt disponere cum eisdem. Quodsi forte ad restitutionem eorundem se difficiles redderent prediorum, super reuocacione ipsorum aduocati sui auxilium inuocare protinus tenebuntur. Et ne prefata ecclesia super huiusmodi testamento a nobis uel a nostris successoribus calumpniam aliquam in posterum paciatur, presentem litteram cum appensione sigillorum nostrorum et sigilli *Rogeri de hötten*, qui eadem predia tenere pro suo tempore debuisset, dedimus Ecclesie memorate Testibus annotatis, qui sunt *Dominus Heinricus de Volchenstorf, Dominus Heinricus de Lonstorf et frater suus dominus Otto, de hart-haim, Dominus ditricus de Ebelsperch, Dominus Otto Wolfstain, Sifridus de Wælchling, Heinricus de dietreiching, Otto de Vzing, Hierzo, Hainricus liber, Heinricus Tobler, Ditricus Walich, Herwordus de chremstorf* et plures alii, qui eidem facto interfuerunt, audierunt pariter et uiderunt. Acta sunt hec Anno domini **M^o.CC^o.LXXX^o.VIII^o.VII Idus Junii.**

Aus einem Pergament-Codex des 14. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu St. Florian.

XCHII.

1288. 9. Junii. — *Ulrich, Propst von St. Florian, übernimmt die Stiftung der Elisabeth von Hutten, Rudigers Hausfrau, welche zu ihrer Grabstätte nach St. Florian zwei Güter zu Speche und Reichkozging verschaffte.*

Nos Ulricus dei gracia prepositus, Einricus decanus totusque Conuentus domus sancti Floriani scire uolumus uniuersos presentem

paginam inspecturos, quod *domina Elyzabeth pie memorie vxor Rudigeri de Hutten* agens in extremis legauit pro remedio anime sue Ecclesie nostre, vbi sepulturam uiuens elegerat, duo predia, vnum in *speche*, alterum in *Reichkózzing* et hoc de bona uoluntate pariter et consensu domini *Rudigeri de Ottersteten* et domini *Dietmari de Aistershaim*, qui tempore sepulture eiusdem domine pro se et pro cunctis heredibus suis renunciauerunt omnibus iuribus, que ex successione hereditaria in eisdem prediis ipsis competere uidebantur. Verum cum eadem predia annuatim duo talenta et amplius soluere uideantur, statuerunt prefati duo vna cum *Hóttario* eiusdem domine *Elyzabeth* relicto, vt Magister infirmorum, quem eorundem prediorum prouisorem esse volunt, x. solidos in anniuersario eiusdem domine diuidat annis singulis inter fratres, vt videlicet ipsum anniuersarium cum missis et uigiliis eo ritu peragamus, quo anniuersarium celebrare consueuimus vnus de consorcio sacerdotis. Residuum uero seruiicii rector infirmorum magistro operis tanto tempore exhibebit, donec fabrica monasterii nostri plene fuerit consummata; facta autem consummatione illud residuum super x. solidos in elemosinas pauperum in ipso anniuersario noster Infirmarius tenebitur erogare. Hec igitur ordinacio eorum si per negligentiam non obstante aliquo legitimo impedimento fuerit pretermissa nec post ternam ammonicionem eorum uel heredum suorum fuerit emendata, seniores duo ex heredibus ipsorum domino *Rudigero de ottersteten* et domino *Dietmaro de aistershaim* non existentibus de eisdem prediis tanto tempore se intromittent, donec ea, que neglecta sunt, fuerint reuocata. Facta quoque reuocacione quicumque de premissis prediis se intromiserant, nichil ulterius habebunt disponere cum eisdem. Quod si forte ad restitutionem eorundem se difficiles redderent prediorum, super rehabicione ipsorum aduocati nostri auxilium tenebimur protinus inuocare. Et ne super huiusmodi testamento siue ordinacione lis uel questio inter nos et eos possit in posterum suboriri, presentem litteram sibi dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratam Testibus annotatis, qui sunt *dominus Heinricus de Volkenstorf*, *dominus Hainricus de Lonstorf* et frater suus *dominus Otto*, *dominus Perchtoldus de Harthaim*, *dominus dietricus de Ebelsperch*, *dominus Otto Wolfstain*, *Sifridus de Welchling*, *Heinricus de Dietreiching*, *Otto de Vzing*, *Hierzo*, *Heinricus liber*, *Heinricus Tobler*, *ditricus Walich*, *Heruordus de Chremstorf* et plures alii,

qui eidem facto interfuerunt, audiuerunt pariter et viderunt. Acta sunt hec Anno domini M^o.CC^o.LXXXVIII^o. VII. Idus Junii.

Aus einem Pergament-Codex des 14. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu St. Florian.

XCIV.

1288. 29. Juni. — Zeugniß Leupolds von Engelboldsdorf, daß ihm Propst Ulrich zu St. Florian den Hof zu Potendorf auf Lebenszeit verliehen habe gegen einen Dienst von zwölf Schillingen.

Quia facta mortalium a menciónis recordacione per lapsum temporis sepe sepius excidunt et labuntur, Necessè est, vt singuli contractus litterarum testimonio perhennentur. Proinde ego *Leupoldus de Engelboldsdorf* scire cupio vniuersos presencium inspectores, quod dominus *Ulricus venerabilis prepositus, Einwicus decanus* Totusque Conuentus *domus sancti Floriani* contulerunt michi et vxori mee domine *Gertrudi* pro iure personali Curiam suam in *Pötendorf* ad censum xii. solidorum annuo persoluendum sub conditione talis promissi, quod si eundem censum ante festum sancti Michahelis soluere neglexerimus, in ipso die sancti Michahelis xii. solidos superaddamus censui pro emenda. Et si tunc illa tria talenta ante festum sancti Michahelis sequentis anni vna cum censu eiusdem anni iterum non persoluerimus, ipso die sancti Michahelis emenda xii. solidorum denuo supererescet sicque abnoxii erimus ad solucionem sex talentorum. Illis etiam ante festum sancti Michahelis anni tercii non solutis ab omni iure nostro, quod in ipsa curia nobis competit, videbimur penitus corruisse. Vnde cum sepe dicta curia amplius quam xii. solidos annuatim soluere videatur, pro reconpensatione residuorum prouentuum tradidi memorate ecclesie de bona voluntate *fratris mei Dietmari* et vxoris mee tria predia, que michi in sorte patrimouii cesserant, vnum videlicet in *weichselpaum*, secundum in *Chulm* iuxta *Charlsperg*, tertium in der *weytra* proprietatis tytulo perpetuo possidenda. Me autem et vxore mea domina Gertrude viam vniuerse carnis ingressis eadem Curia ad Ecclesiam prefatam libere reuertetur heredibus meis vel etiam fratri meo Dietmaro suisque heredibus nullo iure in curia vel etiam in prescriptis prediis competente. Et ut omnia de solucione census premissa, nisi forte legitimum interueniat impedimentum videlicet generalis terre per grandinem vel principum discordiam deuastatio, incouulsa seruentur

penitus et illesa, heredes quoque mei seu frater meus et sui heredes nec in Curia nec in prediis a me sibi collatis aliquod ius sibi ualeant uindicare, presentem litteram inde feci conscribi et sigilli domini *Otonis de zelking capitanei libere Ciuitatis* eo, quod proprio sigillo caream, munimine roborari Testibus subnotatis, qui sunt *dominus Hainricus de Eud, dominus Walchunus de Swainpach, dominus Hainricus Lauffner, dominus Otto Wolfstain, Hainricus et Reicherus de Husendorf, Dietmarus Wolfstain, Hainricus Tobler, Hainricus et Hermannus Ridler, Dietricus Walich, Herwardus de Chremstorf* et plures alii, qui eidem facto interfuerunt, audierunt pariter et viderunt. Datum anno domini M^o.CC^o.LXXXVIII. in die Petri et Pauli.

Aus einem Codex des 15. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu St. Florian.

XCv.

1288. 28. August. Garsten. — *Abbt und Convent zu Garsten bezeugen, dass Dietmar von Schachen das Gut Grub an der Ens dem Kloster auf den Fall des Todes vermacht habe.*

Notum sit presentibus et futuris, quod vir discretus *ditmarus* uidelicet *de schachen* et *uxor sua chnegundis* sevdum eorum dictum in *Greeb iuxta decursum anasij Garstensi monasterio* legauerunt et pro diebus suis conditionem huiusmodi posuerunt, vt, quamdiu simul ambo vixerint, de memorato feodo triginta denarios wienensis pro censu singulis annis soluant, mortuo vero vno superstes qui fuerit eundem censum adiectis aliis triginta denariis duplicabit, Cum autem viam vniuerse carnis ambo ingressi fuerint, premissum feodum ad *Gærstensem ecclesiam hereditatis tytulo libere* pertinebit. Ne igitur aliquis heredum vel propinquorum ipsorum delegationem huiusmodi audeat reclamare, presens instrumentum sigillis domini *Marchardi* venerabilis abbatis in *Gærsten* et sui conuentus in premissorum testimonium mvnierunt. Datum in *Gærsten* anno domini Millesimo CC.LXXX. Octauo, VII. Kalendas septembris.

Orig. auf Perg. An der Urkunde hängt noch das Siegel des Abbtcs. zum Theile zerbröckelt. Klosterarchiv Garsten.

XCVI.

1288. 7. September. — *Rapoto, Abbt von Baumgartenberg, reversirt über die Bestimmungen des Seelgeräthes der Frau Jewta von Neustadt und ihrer Tochter der Gesnitzerin.*

Vt ea, que geruntur in tempore, rata permaneant in futurum, solent facta presencium sub scripto transmitti memorie posterorum. Nos igitur frater *Rapoto dictus Abbas Monasterij in Poumgartenberg* protestamur publice in his scriptis, quod nobilis femina domina videlicet *Jewta de Nouaciuitate* (et) minor filia sua eiusdem nominis, que cognominatur *Gesniczerjnnne*, zelo dicte religionis et feruore permote proprie deuocionis, vt largitorem omnium bonorum deum sue facerent substantie coheredem, cum consensu omnium heredum suorum duo predia, que trium talentorum redditus continent, taliter nostre ecclesie, dum adhuc in carne viuerent, delegarunt scilicet, vt post mortem earundem predicta duo predia omni jure, quo hec eodem femine possederunt, in nostram transeant possessionem tam libere quam quiete talibus condicionibus interiectes, vt ex ea hora, qua predicti redditus in nostram deuenierint proprietatem, omni tempore, quo eosdem redditus plenis vsibus sine qualibet diminucione, sine quolibet grauamine percipimus, Ex tunc singulis annis de huiusmodi prouentibus tribus vicibus Conuentui nostro tria dare tenemur seruicia sub ea plenitudine, qua id nostram deceat honestatem et quemadmodum alias est consuetum. Hijs autem diebus dabuntur In festo et die Sancte trinitatis de feodo, quod vocatur *in dem Lach* soluenti vnum talentum denariorum, quod nobis predicta domina Jewta prior etate delegauit, Reliquis autem duabus videlicet vicibus, jd est in die Sancto Penthecosten, jtem in die omnium sanctorum de altero predio sito in *Hergertsteten* soluenti duo talenta denariorum, quod junior nobis domina delegauit, debent duo prandia ministrari. hec addicio, vt si aliquando, quod absit, per Nos aut procuratores nostros contra prehabitam delegacionis formam ventum fuerit, que sine certa necessitate talis consolacio pauperibus christi aut omnino subtraeta fuerit vel in parte aliqua jnminuta, Ex tunc prefati redditus ad proximos heredes incipient pertinere. Vt igitur premissa omnia et singula premissorum jn suo Robore perseuerent, presentem paginam conscribi fecimus trium Sigillorum appensione videlicet domini *Vlrici de*

Capella et nostro et *Heinrici Gesicznarij*, Testibus nichilominus annotatis, quorum hec sunt nomina: *Dominus vlricus de Capella, dominus hartnidus de Lapide, Vlricus et leutoldus fratres de Mitterberc, Vlricus hauser, Vlricus filius hartmudj, Otto et heinricus fratres de Cynczenndorf, Heinricus Gesnitzer, Betzelo de arbing* et alij quam plures. Actum An.ºo dominj M.CC.LXXXVIIJ. jn vigilia Natiuitatis Marie Virginis.

Aus dem Copialbuche von Baumgartenberg v. J. 1511.

XCVII.

Circa 1288. 24. October. Ulm. — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, ernennet den Propst Chunrat von Ranshofen zu seinem Capellan und nimmt das Kloster in seinen Schutz.*

Al(bertus) dei gracia dux austrie et Styrie, dominus Carniole, Marchie ac portus naonis Vniuersis fidelibus suis, ad quos presentes peruenerint, gratiam suam et omne bonum. Cum nos uirum honorabilem *Chunradum prepositum Ecclesie in Ranshouen* propter honestatis sue laudabilis merita in nostrum Capellanum dilectum duxerimus assumendum ipsamque ecclesiam cum personis et bonis eorum nostre defensionis presidio uolentes esse munitos et specialis nostri fauoris plenitudine consolatos, Vniuersis nobis ac singulis committimus et districte mandamus, quatenus dictum prepositum et ecclesiam suam pro nostra reuerencia congruo prosequentes honore eorundem loca, res et personas et iura ledere, grauare seu tangere uecturis, exactionibus et aliis quibuscunque molestiis tam in terris quam in aquis contra iusticiam nullatenus presumatis. Datum *vlme* ix. Kal. Nouembris.

Aus einem Pergament-Codex des 14. Jahrhunderts in der k. baier. Staatsbibliothek. — Mon. boic. III. 348.

XCVIII.

1288. 29. October. Ulm. — *König Rudolf belehnt den Herzog Albrecht von Oesterreich mit dem Schlosse Marsbach, das wegen Räuhereien dem Reiche heimgefallen war.*

Rudolfus dei gracia Romanorum Rex semper augustus vniuersis jmperij Romani fidelibus, ad quos peruenerit presens scriptum,

graciam suam et omne bonum. Cum iam dudum *castrum morspach* propter varias et iniustas offensas, depredationes et spolia de ipso castro pro diuersitate temporum violenter illatas transeuntibus in iniuriam et preiudicium sancte pacis per sententiam condempnatum nobis et imperio rite et racionabiliter sit addictum, nos omne ius in ipso castro nobis et imperio competens in illustrem *albertum ducem austrie et styrie* principem et primogenitum nostrum Karissimum integraliter transferentes idem castrum Morspach cum omnibus iuribus et pertinenciis suis predicto alberto duci filio nostro et suis heredibus contulimus et conferimus a nobis et sacro Romano imperio feudali titulo possidendum non obstante, si dictum castrum venerabili patri *uernhardo ecclesie patauiensis episcopo* principi nostro dilecto vel suis predecessoribus, quondam commisimus, cum ex tali commissione, cuiuscumque auctoritatis vel tenoris existat, nullum velimus prefatis alberto duci et suis heredibus impedimentum seu dispendium in possessione castri prehabiti prouenire. In cuius rei testimonium euidentis et cautelam presentes exinde conscribi et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri. Datum *xlme* iij. Kalendas Nouembris anno domini millesimo ducentesimo octogesimo octauo, iudictione secunda, Regni vero nostri anno xvj.

Orig. auf Perg. mit einem weissen Majestäts-Siegel. K. k. geh. Hausarchiv. — Kurz, Ottoekar und Albrecht. II. 207.

XCIX.

1288. 30. November. Passau. — *Heinrich, Herzog von Bayern, entscheidet als Obmann zwischen dem Bischofe Wernhart von Passau und des Herzogs Dienern Otto und Ortolf von Morsbach wegen Widertlegung der Veste Morsbach, welche jenen obliegt.*

Wir *Heinrich von gotes gnaden Pfallentz Grave ze Ryn vnd Hertzog ze Baiern* tvon allen den ehvnt, die disen brief sehent vnd hörent lesen, daz wir den Chriech, der zwischen vnserem lieben Herren *Bischolf Wernharten von Pazzauwe* vnd sinem Gotes Hovs von einen wegen vnd anderthalben zwischen vnseren gemeinen Dienären *Otten vnd Ortolfen von Morspach* lange her gewert hat vmbe die widerlegunge, die man in tvon solt vmbe *die Puorch ze Morspach* vnd vmbe Dreizzich pfvnt gvlte, die da zv gehortent, an vns genymmen haben mit beider teil willen vnd nach ir bet in schiedmannes

weis also, swaz wir nach *des Abbtis von Niedernaltah vnd Herrn Wolfgeres des Tschents von Pazzare, Heinrichs des Radekkers, Vlriches von Leubolffing vnd Albers vnseres ritztumes von der Rot* rate an disem Chriege vnd an dirre sache verschieden, daz si daz bedenthalben an alle widerrede stäte solden haben. Vnd da von so haben wir durch vnseres vorgenannten Herren des Bischoffs Wernhart ere vnd durch sin lieb vnd auch dvreh vnserer Dienär Fiidervnge disen Chriech vnd disiv sache also bescheiden vnd gesetzt, Daz vnser Herre der Bischolf Wernhart für sich vnd für sin Goteshovs den vorgenannten *Morspechen* beiden zu rechtem lehen leihen sol *Rötting die Hofmarich vnd Seltzpach daz Dorf* mit aller der gulte vnd mit allem dem rehte, daz dar zv gehört versuchet vnd vnversuchet also, daz er imz niwan antwurten vnd leihen sol mit dem nutzen vnd mit der gylte, als er ez vnd sin Gotshovs ze diser schiedynge inne hat. Swa auch si der gylte mer mügen inbringen zuo *Rötting*, da sol er in an nachstendich sin vnd sol auch ir gewer sin Vnd sol auch div lehenschaft zuo gen von hinne vntz auf den nächsten Lichtmesse tag. Geschieht daz, wol vud gvot. Mag aber sin him daz niht geschehen, so sol ez geschehen von derselben Lichtmesse in einem Jar. Mähte aber vuser Herre der Bischolf von hinne vntz ze der nächsten Lichtmesse *Seltzpach* nicht ledich machen mit reht oder mit minne, so soll er den vorgenanteu *Morspechen* ze mitterr vasten, div nächste chvmt, zweinzieh (XX) pfvnt geben vnd sant Mychahels tage dar nach aber zweinzieh (XX) pfvnt vnd wir selbe zehen pfunt vnd svln daz allez sin Pazzawer pfenning. Mag aber er *Seltzpach* vor der nächsten Lichtmesse ledich machen, so ist er vnd wir in deheinerlei pfenning schvldich noch deheiner anderr sache, wan daz vnser schiedynge danne stät beliben sol. Mäht aber der Bischolf von hinne vntz ze der nächsten Lichtmesse vud von danne in Jares frist *Seltzpach* niht ledich gemachen mit reht oder mit minne, als vor geschrieben ist, so stet danne an vns, swaz wir den *Morspechen* für dasselbe *Dorf ze Seltzpach zuo Rötting* nach vnserer bescheidenheit vnd nach des Abbtis vnd nach der vurer rat, die vorgenant sint, heizzen antwurten vnd widerlegen vnd sol vuser herre der Bischolf daz tvon an alle wider rede. Vnd swanne div Lehenschaft geschieht, so soln die *Morspechen* beide von allem dem reht willflichen vnd vreilichen gesten, daz si an dem *Hors ze Morspach* gehabt habent, vnd von aller der gulte, div darzvo gehört,

swie si genant ist also, daz daz zehant allezsamt den Bischolf vnd daz Gotshovs angehoret an allen wider Chriech vnd sol er sich dess houss vnd der gylte zehant eigenlichen vnderwinden Vnd svln auch si des Bischolfs vnd seines Gotshovss gewer sin fur alle Ansprache. Wår aber, daz vnser herre der Bischolf in Jares frist niht enwår, des got niht engebe, vnd daz ein ander Bischolf, der nach im chöm, die sätze vnd die schiedvnge niht stät wolt haben, als wir gescheiden haben, so sol den wir *Hertzog Heinrich* mit sampt den vorgeanten *Morspechen* dir relit vnd die ansprach wider haben, als ez vor diser schiedvnge gestanden ist vnd als ez an der alten hantveste vertaidinget vnd verschriben ist. Vnd sol disiv schiedvnge vnd disev hantveste der alten hantveste niht enschaden, vntz das div Lehenschafte bestätet wirt, so sol si danne absin vnd svln wir si dem Bischolf widerantworten. Wår aveh, daz wir *Hertzog Heinrich* in der selben frist niht enwåren, des got niht engeb, so sol vnser Eltistår svn diser schiedvnge gewaltich sin vnd sol si vollvren an vnser stat. Wer auch in der frist der vorgeannten schiedläute, die wir dvrch rat zu vns namen, einer niht, so sol man einen andern als frumen vnd als heimlichen an desselben stat setzen vnd svln wir daz tvn nach der vorgeanten schiedläuten rat. Ez habent auch die *Morspechen* in vnser hant gelobt, ob div schiedvnge an vnseren elsten svn gevellet, daz si danne der selben schiedvnge gantzlich an alle widerrede svln vndertanich sin vnd da wider niht sprechen noch ehomen. Vnd daz disev schiedvnge vnd disev hantveste gantz vnd vnzebrochen helibe, dar vmbe habn wir disen brief mit vnserem Insigel gegeben ze einem vrchvnde. Vnd ist disev schiedvnge geschehen ze *Pazzawe*, do von Christes gebrvte waren Tavsent Jar, zwei hvndert Jar vnd abte vnd abzich Jar an sand Andreas tage.

An der Urkunde hängt das halbzerbrochene Reitersiegel des Herzoges. Mon. boie. XXIX. II. 564.

C.

1288. 30. November. Passau. — *Heinrich, Herzog von Bayern, verleiht dem Bischof Wernhart von Passau die Gerichtsbarkeit über seine Leute zu Schertenberg und Viechtenstein auf acht Jahre.*

Nos *Heinricus* dei gratia *Palatinus Comes Renj, Dux Bawarie* presentibus profitemur, quod pro conservanda inter nos et venerabilem Patrem dominum nostrum *Wernhardum Putaiensem Episcopum pacis, dilectionis et Amicie puritatem, ad quam fouendam,*

ampliandam et roborandam secum de sinceris affectibus aspiramus, sibi et suis successoribus, si ipse fortassis, quod non obtamus, superstes non esset, pro singularis fauoris indicio Iudicium nostrum in *Schertenpergen* et in *Viktenstain* tam in bonis quam in hominibus suis ibidem constitutis ac insuper in septem prediis attinentibus Venerabili Capitulo Pataviensi sitis in predicto loco *schuertenpergen* commisimus et assignauimus a festo Natiuitatis domini venturo proxime per octo annos continue secuturos ita, quod ipse dominus Episcopus vel sui successores prelibatum officium iudicandj in premissis locis, hominibus atque bonis habeant eo modo, sicut predecessor suus dominus *Gotfridus quondam Pataviensis Episcopus* pie memorie idem Iudicium habuit de permissione et commissione nostre amicie specialis, tribus casibus dumtaxat exceptis, videlicet furtj, homicidii et coitus violentj, quos non per ipsum dominum Episcopum vel successores suos siue per Iudices eorundem sed per nostros Iudices Volumus in corporibus sev personis reorum huiusmodj secundum iustitiam iudicarij. Eo specialiter proniso, quod post predictorum octo annorum decursum idem Iudicium sine qualibet Contradictione ad nos et heredes nostros libere reuertetur, et hec omnia sunt per pueros nostros Karissimos approbata et processerunt de eorum beneplacito atque Voto. In quorum testimonium atque robar presens instrumentum sibi dedimus nostri sigillj robore Comunitum. Datum et actum aput *Patariam* Anno domini M. CC. LXXXVIIJ. in die beatj Andree apostoli.

An der Urkunde hängt ein herzogliches Reitersiegel. — Mon. boic. XXIX. II. 563.

CI.

1288. 8. December. *Pettau*. — *Hertnid von Gutenstein verzichtet gegen die Brüder Friedrich und Hertnid von Pettau auf seine Ansprüche auf das Haus zu Leobenbergh.*

Ich *Hertnid von Gttenstain* vergih mit disem prief vnd tñ chvnt allen Leütten, daz ich mich mit ganzem fürsätze vnd mit güttem willen verzigen han aller der Ansprach vnd alles des rehtes vnde Satzunge, der jch jach auf das haÿs ze *Lewenberch* vnd han daz allez auf gegeben minen Herren Heren *Fridrich* vnd Heren *Hertnid* den zweyn Brüdern von *Pettaue*, als auch ich e getau

het minem Herren jr vater Heren *Fridrich von Pettawe*, dem Got genade, Also, daz weder jeh noch min Hawsfrawe noch vnsere Erben noch vnsere frivnt dehein vorderung vrbaz dar gewinnen. Dar vber gib ich ja ze vrehend disen prief mit minem jusigil, des sint auch geizig Min Herren *Her Gebhart von Seenecke*, *Her Otto von Lichtenstain*, *Her Fridrich von Jablanah*, *Her Otto Pyswich*, *Her Dyetmar der Pezzentzer*, *Dyepolt von Chatzenstain*, *Herwort von Erenharsen*, *Fridrich der Schaffer* vnd ander pyderb Lefte. Daz ist geschehen vnd der prief gegeben Nah Christes gebvrt Tvsent jar, zway Hvdert jar vnd ja dem Aht vnd Alzigistem jar des Mitlichens nah sand Niclas tag in der Stat ze *Pettawe*.

Das Original auf Pergament. Von dem Siegel im ungefarbten Wachs hängt nur mehr ein Fragment. Schlossarchiv Eferding.

CH.

1288. — Die Witwe Hertnits, Truchsessin von Schaunberg, Elisabeth und ihr Sohn Chunrat geben ihre Besitzung zu Hylkering an das Kloster Withering zurück.

Ne propter labentis temporis odiosam maliciam et humane conditionis obliuiosam incuriam rationabiliter gesta ac memorie digna duceantur in irritum et pereant, solet ea prudendum virorum industria literali studio et hominum fidelium testimonio subtiliter roborare. Nouerint igitur vniuersi tam presentis etatis quam future posteritates homines presencium inspectores, quod ego *Elizabet Relicta quondam domini Hertnidi Dapiferi in Schounberch* et *Chenradus filius meus* consensu vnanimi ac deliberato consilio venerabili *Abbati domino Wolframo* et *Conuentui Ecclesie in Withering* Ordinis Cijsterciensis Pataniensis Dyocesis porcionem possessionum in *Hylkering*, quam ab ipsis hactenus iure precario possedimus et protempore vite nostre possidere debuimus, pro triginta octo libris nouorum denariorum ad redimendum fideliter et deuote dedimus et contulimus in posterum iure pristino absque calumpnie scrupulo et insultu impeticionum heredum nostrorum seu aliorum malorum hominum libere et quiete perpetuo possidendam, Renunciantes presenti scripto omni iuri nostro, quod in predictis bonis lucusque habuimus vel habere videbatur, nec non scriptis et dictis priuilegii super prefato iure precario a memoratis fratribus nobis collati

solutionem integram prescripte redemptionis nos veraciter percipisse publice protestamur.

In huius igitur rei claram evidenciam et indelebilem memoriam presentem litteram fratribus prelibate Ecclesie in Wilhering dedimus sigillis *Chunradi Castoris de Roteneck* et *Ciuitatis Lincensis*, dum adhuc propriis sigillis careamus, cum subnotatis testibus efficaciter communitam. Hii sunt testes: *Wernhardus Sinciuger, Vricus Mutarius, Chunradus de Euerding, Wernhardus in vruar. Heiuricus frater suus, Hainricus Harbrunuer, Albero Malchinger* et alii quam plures. Actum et Datum anno domini M. CC. LXXXVIII.

Orig. auf Perg. Das Siegel des Bibers gleicht eher einem Panther als einem Biber mit der Umschrift: S. Chunradi Piberensis; das Siegel der Stadt Linz wie in Hoheneck, mit dem Unterschiede, dass die Thürme mit Zinnen und das ganze Thor ein viel mittelalterlicheres Aussehen hat: S. Vniuersorum . Ciuium . In . Linz. — Stiftsarchiv Wilhering.

CIII.

Circa 1288. — *Anmerkung des Abtes Chunrat zu Lambach, wesshalb er alle Verhandlungen wegen der Güter seines Klosters habe aufzeichnen lassen.*

Cum tempus mortalium velud vnda decrescens cottidie in mortem defluat etasque et obliuio gestus diluit eorundem, Reuera necessarium est, vt ea, que geruntur in labili tempore, scriptis solide perennantur. (sic) Nos igitur *Chunradus diuina miseracione Lambacensis ecclesie abbas* vtique huiusmodi exemplo instructi singula, que nostris temporibus et regimine ab ecclesia nostra in ius et dominium alienorum iure precario uel hereditatis titulo aud feodi gratia nobis fauentibus et concessis transierunt, propter obliuionis calumpniam tollendam scripturarum munimine in presenti quaternulo cognicioni omnibus patefieri uolumus atque damus.

Aus einem Copialbuche des Stiftes Lambach.

CIV.

1288. Lambach. — *Chunrat, Abbt zu Lambach, verleiht dem Ortolf Wess den Hof zu Gietzleisberg und eine Hube in Choklöfing zu Leibgeding.*

Vniuersa negocia mandata literis et uoci testium ex earum trahunt memoria firmamentum nouerint igitur uniuersi audituri hanc

litteram et uisuri, quod nos *Chunradus* dei gratia abbas totusque conuentus *Lambacensis ecclesie* pari animo *Ortolfo* cognomento *Wess* et uxori sue *Agneti* curiam nostre ecclesie in *Gietzleisperch* et hubam in *Choclofling* ad decursionem solummodo vite ipsorum suis perfruendis vsibus sub hereditatis titulo contulimus tali pacto, vt de eadem curia pro seruicio vi. solidis denariorum *winnensium* in festo *Michahelis* et in festo *Geori* xv. denarii pro iure aduocatie et de ipsa h̄vba lx denarii pro seruicio et x. pro aduocatia tempore prenotato nostre ecclesie singulis annis siue contradictione qualibet persoluantur, ipsis vero tributum vniuerse carnis soluentibus dicta curia et h̄vba omni inpeticione propinquorum et amicorum penitus semota libere ad usus nostre ecclesie reuertantur ne vero senio temporum versutiisve malignorum hec pactio infirmetur, presentem scedulam testium subscriptione et sigillorum nostrorum firmauimus testamento testibus, qui aderant, subnotatis. Datum in *Lambach* anno domini M^o.CC^o.LXXXVII^o.

Aus einem Codex des Stiftes Lambach.

CV.

1288. — *Chunrat*, *Abbt von Lambach*, verleiht dem *Dietrich Pirss* den Hof in *Neuhaim zu Erbrecht*.

Ne res gesta successione etatum obliuioni tradatur, scripto commendatur, per quod posteris legentibus innouatur. Nouerit igitur in christo pia fidelium deuotio, quod nos *Chunradus dei gratia abbas Lambacensis* de unanimi consensu conuentus ibidem *Ditrico* dicto cognomento *Pirss* et uxori sue *Margarete* ac toti posteritati eorum curiam in *Nerhaim* camere *Lambacensis ecclesie* attinentem hereditatis titulo concessimus tali forma, vt de eadem curia singulis annis pro seruicio ad cameram quatuor scaffia melioris frumenti in festo *Michahelis* et in festo *Geori* xv. denarii pro iure aduocatie omni contradictione remota persolui (sic) hoc incluso, vt, cum dictus *Ditricus* uel quicumque sue posteritatis possessor diete curie seruicium statutum ex aliquo paupertatis onere soluere non potuerit, sepe dicta curia nobis vacet. ne vero labentibus annis hec institutio a successorum labatur animis, hanc litteram nostris sigillis roborandam duximus cum testibus subnotatis. Actum anno domini M^o.CC^o.LXXXVIII^o.

Aus einem Codex des Stiftes Lambach.

CVI.

1288. — *Heinrich und Otto von Lonstorf befreien das Gut Oberweidach von der Lehenpflichtigkeit, als es Tuta von Ebelsberg dem Gotteshause Kremsmünster zu einem Seelgeräthe verschaffen wollte.*

Jch Hainreich von Lonstorf vnd Otte mein pruder tuen chunt allen den, di disen prief sehent oder lesent, daz *ver Tuet, heren Dietreihhs hausvroue von Ebelsperch*, hat von vns ze lehen ein Guet datz *Obernweidach*, des ist fuffthalb schillinch geltes, vnd swaz der stevr vergelten mach, daz wir di Aigenschaft desselben Guetes ir auh gegeben haben also, daz si daz selbe Guet sol schaffen ab ir sel dem Goteshavs hintz *Chremsmunster*, vnd durch aller der sel willen, der Aigen oder Lehen iz gewesen ist. Vnd daz daz staet vnd vnverchert beleib, so hab wir disen prief ir gegeben versigelten mit unsern Insigeln. Vnd sind des gezevg *Der Gebhart der Pharrer von Ebelsperch, Der Dietreich der Amman, Der Perhtolt von harthaim, Der Wernhart von Harthaim, Rueger von hütte, Der hierzze vnd sein Aidem der Vreie* vnd pider genueg. Iz ist daz auh geschehen, do van vnser herren geburt sint gewesen Tausent Jar, zwai Hvndert Jar vnd Ochte vnd Alhtzich Jar.

Urkundenbuch von Kremsmünster. Nr. 127.

CVII.

1288. — *Christian, Abbt von Lambach, vererbrechtet an Ulrich und Dietmar von Hagensberg eine Hube in Hohenberg.*

Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris. quod nos *Christianus* dei gracia abbas totusque conuentus fratrum *ecclesie Lambacensis* vnanimi consilio *ulrico et ditmaro de Hagensperg* fratribus et *henrico consubrino* ipsorum totique posteritati eorundem hvbam in *Hohenperg* nostre ecclesie adinentem iure hereditario conferre decreuimus tali condicione, ut singulis annis pro seruicio de eadem hvba in Natiuitate beate virginis III solidi denariorum antiquorum et ducenti denarii pro aduocacia et tres pulli apud eosdem requiri debeant et haberi. Vt autem prescripta maneant incou-

uulsa, nostri et conuentus sigilli munimine hanc litteram jussimus pre-
muniri cum testibus subnotatis. Datum anno domini M.CC.LXXXVIIJ.

Aus der Pergamenthandschrift Nr. 54 der Stiftsbibliothek zu Lambach
von einer Hand aus dem Ende des 13. Jahrhunderts.

CVIII.

1289. 3. Februar. — *Chunrat von Capellen bezeugt, dass Otto von Ceidelham
vor ihm und Andern erklärte, er habe den Zehent zu Ceidelham der Kirche zu
Pucking wider Recht vorenthalten.*

Ego *Chunradus de Cappella* presentis littere testimonio pro-
fiteor et protestor, quod, cum *Otto de Ceidelhaim dictus prepositus*
rite et directe recognosceret in se ipso nichil iuris penitus sibi et
suis predecessoribus competere in decima in *Zeidelhaim*, in qua
Ecclesiam parrochiam sancti Michahelis in Puckhinge grauauerat
multociens contra debitum rationis, monente predictum Ottonem
spiritu consilii sanioris, coram me aliisque viris ydoneis et discretis
iuramenti firmo prestito sacramento strictissime abnegauit, quod
Ecclesiam prenotatam in Puckhinge seu pastores ipsius ecclesie
quocunque nomine nominatos in possessione decime in *Zeitelhaim*
non debeat seu velit in subsequens impedire, maxime cum sue con-
sciencie lucidus intellectus iudicauerit talem *Ecclesiam* pro se
hactenus in prefata decima indebite molestata. In cuius rei testimo-
nium de petitione partium videlicet *Abel nunc plebani in pukhing*
et *Otonis* prefati de *zeidelhaim* presens scriptum sigilli mei feci
robore consignari. Testes huius rei sunt *Hainricus de Truna, Hain-
ricus de Atharling, Meinhardus de Chlingenprunne, Hainricus de
Voldeinstorf, Hainricus dictus Vreije, Fridricus de Weyer, Fride-
ricus de Holtzhaim, Wernhardus de Sintzingen, Vlricus de Nántzin-
gen, Siboto dictus Haentel, Otto et Hainricus de Vtzinge, Egi-
dius de Purchhusa* et alii fide digni. Acta sunt anno domini
M^o.CC^o.LXXXVIII^o. III^o. Nonas Februarii.

Aus einem Pergament-Codex des 15. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu
St. Florian.

CIX.

1289. 4. März. Lambach. — *Chunrat, Abbt zu Lambach, verleiht an H. mit dem Beinamen Stechner zwei Speicher in Etzling zu Leibgeding.*

Notum sit uniuersis hoc scriptum intuentibus, quod nos *Chunradus dei gratia Abbas ecclesie Lambacensis* de vnanimi consilio conuentus H. dicto cognomento *Stechner* nostra duo horrea, hoc est tam inferius quam superius in *Etzling* ad decursionem tantummodo sue persone possidendis et salis usibus perfruendis contulimus sub hoc pacto, vt singulis annis pro seruicio vj. talenta wiennensia et quaque septimana quatuor cuppas salis Lambacensi ecclesie persoluat et, ut uasa ipsius ecclesie autumnali tempore deducendo nobis in Chremsa debeat assignare, supra dictarum librarum vero primam in Assumptione, secundam Michaelis, tertiam in Natiuitate domini, quartam in Purificatione, ultimas duas in festo Georij persoluendo, qui si terminis prestitutis in ipsa solutione negligens exstiterit, summa eiusdem solutionis ab ipso persoluenda sequenti die duplex pro pena negligentie repetatur hoc adiecto, vt ipso de medio sublato predicta horrea ad manus ecclesie reuertantur vxore et pueris suis omni iure carentibus in eisdem. ne vero hec concessio a successorum labatur animis, hanc scedulam nostris sigillis cum subscriptis testibus iussimus communiri. Testes *Hainricus Viechterius de Lambach, H. filius suus ibidem, Hugo ibidem, Rudolfus ibidem, Hainricus caupo ibidem* et alij plures. Datum apud *Lambacum* Anno domini M^o.CC^o.LXXXVIIIJ. IIIJ. nonas Marcij.

Abschrift aus dem 15. Jahrhundert, sehr fehlerhaft. Stiftsarchiv Lambach.

CX.

1289. 6. März. Lambach. — *Chunrat, Abbt zu Lambach, verleiht an Ulrich den Anhangen einen Hof auf der Christeinsöde zu Leibgeding.*

Nouerint tam presentes quam futuri, quod nos *Chunradus dei gratia Abbas Lambacensis* ecclesie de pari uoto conuentus *Vlrico* dicto *Anhangen* et vxorj sue *Gerte* ad dies tantummodo vite ipsorum curiam nostram dictam *Super Christeinsöde* cum omnibus attinentiis siue cultis siue incultis sub hereditatis tytulo contulimus in hoc pacto, vt post collationem quatuor annis renolutis amodo singulis annis

nostre ecclesie inde pro seruicio dimidiam libram in Natiuitate beate uirginis persoluat. Si uero quis possessorum eiusdem curie negligens extiterit uel rebellie in hac solutione, ipsa solutio pro pena ab eo duplex post dies quatuordecim repetatur hoc sub uinculo, ut expleto curriculo uite amborum dicta curia ad manus nostre ecclesie reuertatur libere et solute in eadem pueris suis carentibus omni iure. ne uero hec collatio ab aliquo in posterum dissoluatur, presens scriptum nostris sigillis et subscriptis testibus iussimus consignare.

Datum in *Lambaco* Anno domini M^o.CC^o.LXXXVIIIJ. ii. nonas Marcij.

Abchrift aus dem fünfzehnten Jahrhundert in einem Codex des Stiftsarchives zu Lambach.

CXI.

1289. 12. März. *Atersee*. — *Arnolt, Bischof von Bamberg*, dann die beiden *Heinriche und Wernhart von Schaumberg* schliessen eine Uebereinkunft rücksichtlich der Feststellung der Vogteirechte im *Atergau*.

Wir *Arnolt von gotes gnaden Bischof ze Babenberch* vnd wir *Heinrich vnd Heinrich von Schowenberch vnd wernhart von Schowenberch* tyn chvnt allen den, di disen brief ansehent, daz wir mit gemeinem willen durch des landes vnd der leute notdürft in dem *Atergau* sein vberlein chomen dirr sache, di hie nah geschriben sint, beidev zesetzen vnd furbaz stæt behalten. An dem ersten: swa ein housgnoz den andern ze tot sleht, daz sol er bvezzen vns dem Bischof mit fünf pfunden vnd vns den vögten niht wan mit sehzik pfenning. Aber ist, daz ein boyman einen raien brichet lenger denn ein pflöckch vnd vier oechsen vnd zwei pfert gelangen mögen, der sol daz wandeln vns dem Bischof mit sehzik pfenning vnd vns den vögten mit sehzik pfenning; ist ez chvrtzer, so ist er nihtes schuldik. Aber hat der vogt zesprechen icht gegin ieman des goteshouss man, der gesezzen ist, dem sol man gebieten ovf di hofmarche vnd vmb swigetau sache daz sei, enbristet er da mit reht, so sol er gerfwet sein; ist aber, daz einem anspræchem man surgeboten wirt ouf di hofmarche vnd er dinchsvhtik wirt, des sol der vogt varn (sic), als er mit gvrtel vmbevangen ist an alle geværde seius gvtes. begreiffet man einen diep mit der hanthafft, den sol der vogt vesten, als er mit gvrtel bevangen ist vnd sol mit sinem gvt niht ze schaffen haben.

Aber der vogt sol in dem iar haben ovf der hofmarche nevn taidinch ze drin stunden vnd niht mer. In den selben taidingen svln di Schergen rvegen bei dem aide, swas an des vogtes recht gehöret. uah der rvegat sol der Rihter gegin den housnozzen da niht fürbaz ze sprechen haben vmb di gervegten sache. Aber jst, daz ein man den andern an der nahtetz begreiffet er ode sein gewalt vnd daz berveffet oder bewæret wirt von dem man, der den schaden empfangen hat, dem selben man sol der schuldik man sinen schaden ab (v̄n mit der zwigelte vnd dem vogte b̄zzen mit einem halben pfunde. wirt aber ein der nahtetz ein man an chvntschafft bezigen, der inziht sol er sih mit sinem aide benemen. Aber ist, daz ovf der hofmarche vor dem Rihter iht ze chrieg chvnt, daz an des vogtes recht gêt, daz sol er an den vogt bringen, so der denn ze Chamer in sein hous chvnt, der sol daz ovzrihten, da di housnozz zegeggin sint. vber ander sache sol der Rihter niht zedingen haben. Ist aber, daz einem armen menschen vber deheinen sinen gebresten gedinges not geschicht, der sol vnt mag des wol gedingen an den vogt, Aber man sol von des vogtes wegen dehein füre ab den leuten niht ertwingen noh den leuten durch hervart noh durch ander sache dehein pfert niht nemen, Ouch sol der Rihter dehein fûter nemen, daz er ennehêr ovf recht gezogen hat. Ouch beichen wir v̄ogte ovf vogthev deheins rehtes, Aber man sol dem vogt sein fûter laisten in einem gemeinem zehenling vnd den mezzen, als man pfliht des dienstes wêrn hintz hof vnd desselben wêren zwischen Sant Merteins tag vnd vasaht. in der frist sol ouch ez der Marschalk in nemen, Ouch sol der wirt dem vogt ein h̄vu geben vnd niht mer in dem iar. Aber wirt ein man wandilhalt, ist er denstman, der geit dem vogt zwen vnd sibenzik, ein ander man sehzik pfenning. Aber di wahter svln niht taidinch sûchen von *Aterse* noh von *Frankenburch*, si werden denn ode ir erbe angesprochen. Swen des Bischoffs amptleute iagen wellent, swer in des hilfet, der sol des gegin dem vogt niht engelten; Ouch sol in des Bischoffs fürsten niemen niht nemen an siner amptleute vrloub, Ouch sol niemen fischen in der *vekchlu* an derselben amptleute vrloup. Ouch sol der Rihter dehein êhaft taidinch haben wan ouf der hofmarche noh in deheimen dorffe niht rihten. Aber swer dem Rihter zeinem mal gebezzert vmb swigetan sache, der sol dem selben noh deheimen andern niht fürbaz bezzern diselben sache. Aber so sol man dem vogt dehein fûter niht in nemen vnd hvener in den strichen, als hie

mit schrift begriffen wirt: ze *palmstorf* an den zwein pergen, ze *Neruhoven*, ze *Melpah*, ze *Aterse* in dem Markt, in dem fischdorffe, ze *pfaffinge*, ze *Gózzelin*, ze *franchenburch*, zwischen den zwein *haselpahen* vnd *feztzingen*; Ouch svln alle trucken plætz vermiten werden, swer dar vber dar an begriffen wirt spilude, der sol daz dem Rihter wandeln mit sehzik pfenning. Aber so sol dehein vnser aller amptman deheinen gezeuk von im erchoffen noh ermieten lazen bei vnsern hulden. Aber Hat dehein des vogtes Ritter ode ehneht des Bischoffs man ovf sinem gût, den sol er haben mit minne der Amptleute, ist des niht, so mvgen die Amptleute mit gvnst der vögte ze stiftzit vordern vnd ovf des Bischoffs vrbor stiften den man vnd niht beschätzen. Aber Swer hat nytzz vnd gwêr an eigen ode an erbe, wirt der angechlagt vnd enbristet zeinem mal, der sol von dem selben, der in angesprochen hat, fûrbaz gerûwet sein. Ouch der Bischolf hat den bân in dem Markt ze *Franchenmarkt*, da sol ders (sic) vogtes Rihter driv taidinch haben in dem iar, der sol in der Marcht Rihter wêren, als reht ist. Ist ein diep in dem Markcht er sei burger oder lantman, den sol man dem Rihter antwurten, als er mit gvrtel bevangen ist, vervihtet ein gast sein gût, den sol man ouch dem Rihter antwurten, als er mit gvrtel bevangen ist. Ouch svln di burgær mit dem Rihter niht zeschaffen haben vmb deheinen chavf. Aber Swer falschen gezeuk laitete ode falscher gezeuk ist ode meinswert, wirt der des vbirchemen mit sinen genozen ode vbirgnozzen, daz sol der falsch gezeuk bvezzen mit der zvnge, der meinswûr mit der hant; di svln ouch des vbirchomen werden vor dem vogt selben zegegîn beider housgnozz, dem selben sol man furbegibien vnd niht vahen vnd sol daz ir Amman tûn. Ouch beiechen wir di vögte wol, daz wir deheim reht haben, dehein stevr ab dem lande ze nemen. Wir beiechen ouch wol, daz den ehouff in dem lande von vnserm Rihter niemen gewinnen schol, niwan di ehóffil, di in enneher ze reht gewonnen habent. chavfft ein man ode verchoyffet iht durch sein notdürft in sinem hous ode darovz, der sol darvmb nihtes schuldik sein. Aller dirr sætzz vnd der sache, di hie vor geschriben sint, der beiechen wir der Bischolf vnd di vögte gemeinechlich stæte vnd vubechrenchet bahalten vnverzigen, swaz wir bedenthalben an vnsern alten hantvesten iht bezzers rehtes haben. Dar vbir gehen wir zeinem vrechvnde vnd ze vesteuvnge dise brief versigelt mit vnsern insigeln. Gegeben ze *Aterse* von Christes

gehört tausent iar. zwei hundert iar vnd ein min nevnzik iar an Sant Gregorij tag.

Das Original auf Pergament mit drei weissen an Pergamentstreifen hängenden Siegeln. Schlossarchiv Eferding.

CXII.

1289. 14. April. Wien. — *Herzog Albrecht von Oesterreich entscheidet einen Streit zwischen dem deutschen Orden und dem Friedrich von Sprinczenstein dahin, dass dieser über die Güter und Leute des Ordens in dem Dorfe Katzelsdorf (unter der Enns) keine Gerichtsbarkeit besitzen soll.*

Nos *Albertus Dei gracia Dux Austrie et Stirie, Dominus Carniole, Marchie ac Portusnaonis* Profitentes vniuersis presentium inspectoribus declaramus, quod inter *fratres ordinis sancte Marie Domus Dheutunice* ex vna et honestum militem *Fridericum dictum de Sprinczenstain* ex altera super causa seu questione, quam habebant adinuicem, taliter extitit ordinatum, quod idem *Fridericus* et sui heredes in villa dicta *Cæzleinsdorf* nullam habet nec sibi debet in bonis vel possessionibus, colonis ac hominibus predictorum fratrum in dicta villa habitantibus aliquam jurisdictionem in antea vendicare, presencium testimonio literarum sigilli nostri munimine munitarum. Datum *Wienne* XVIIJ. Kalendas May anno domini millesimo ducentesimo octogesimo nono.

Aus dem Originale auf Pergament im Archive des deutschen Hauses zu Wien. Das Siegel abgefallen.

CXIII.

1289. 9. Juni. Freistadt. — *Otto von Zelking, Hauptmann zu Freistadt, beurkundet, dass Heinrich von Pernau dem Kloster St. Florian ein Pfund Geld jährlicher Einkünfte statt dem auf dem Hofe Prantstetten durch Heinrichs Vater angewiesenen geben wolle.*

Vt acta hominum robur obtineant firmitatis, placuit sapientibus ab antiquo ea scripture testimonio stabiliri. Nos proinde *Otto de zelkingen Capitaneus libere Ciuitatis* et vniuersitas Ciuium ibidem tenore presencium protestamur, quod lis, que inter dominum *Vlricum* venerabilem prepositum et Conuentum *domus sancti Floriani* ex vna parte et inter *Hainricum de Pernau* ex parte altera vertebatur pro

vnus talenti redditibus, quos pater eiusdem Hainrici in extremis suis legauit Ecclesie pretaxate, proborum virorum consilio et industria mediante cum sua bona voluntate taliter est decisa, quod dominus Otto de zelkingen (sic) vnum talentum denariorum in presenti anno tantum de Curia predicti Hainrici, que *Prantsteten* vlgariter nuncupatur, in festo Natiuitatis beate virginis dabit Ecclesie memorate cum integritate debita et condigna. Hainricus vero de Pernaw ante festum natiuitatis domini vnus talenti redditus predicto preposito et Conuentui assignabit. Quod si facere neglexerit, prout per arbitros est vallatum, federe et compacto predicta Curia in Prantsteten ab eodem termino cum prouentibus vniuersis ac omni vtilitate tam diu Ecclesie sancti Floriani deseruiet, quoadusque vnus talenti redditus sepedictus Hainricus eidem Ecclesie conferat et persoluat. In cuius rei testimonium presentem litteram scribi facimus nostrorum sigillorum munimine roboratam cum testibus subnotatis, qui sunt hii: *dominus Poppo de Reichenstain, dominus Hainricus de Ode, dominus Waltchunus de Sweinpach, dominus Otto de Stetten, Ortlieb de Waltpärch, Weichardus de Pernaw, Fridericus de Pernaw* et alii quam plures, qui huic negotio interfuerunt pariter audiuerunt et viderunt. Actum et Datum in *libera Ciuitate* Anno domini M^o.CC^o.LXXXIX. VII^o. Jdus Junii.

Aus einem Pergament-Codex des 15. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu St. Florian.

CXIV.

1289. 24. August. Enns. — *Poppo von Grünburg belehnet den Bertholt Neuzel mit einem Weingarten in Retenpach und vier Lehen zu Eckmannsöd.*

Quitquit agitur cum tempore, ne simul cum tempore labatur, litterarum memoria et sigillorum appensionibus perhennatur. Nos igitur *Poppo de Greenpurch* vna cum filio meo *vlrico* notum facimus tam presentibus quam futuris omnibus hanc litteram inspecturis, quod nos *perhtoldo filio Sifridi neuzelinj* et vxorj sue *Gertrude* et pueris suis iam viuentibus et super venjentibus post obitum matris vxoris sue . . . tunc bona voluntas eius consenserit, contulimus iure feudalj vineam sitam in *retenpach* coniacentem in *Spitze* et quatuor feoda in *Ekmansæde* contulimus (sic) titulo feodali perpetualiter possidendas condicione (sic) tali, quod tutor atque defensor pre-

dictorum bonorum eorum esse teneor vna cum filio meo vrico, vt hec actio firma et rata permaneant et inconfusa, presentem cedulam damus sigilli nostri munimine roboratam Et huius rei testes sunt *Dominus Heinricus plebanus de maretpach, Dominus Hainricus de Lauffen, Otto dorfsmaister, Chunradus filius wisentonis, Sifridus neuzel, Ludovicus frater suus, abramus Reuschel, Otto wester, Hertelo de ezendorf, Ekhardus monetarius, Hertelo setzer, Pilgrimus eisener, Chunradus cytwar, Dietricus hungerperger, hainricus weizlam, Leupoldus mezzerer, vricus super cellarj, fridericus hofmaister, Daringus neuzzel, pilgrimus frater suus, vricus notarius* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M^o.CC^o.LXXXVIIIJ. datum in *anaso* in die beati bartholomej.

Orig. auf Perg. mit einem hängenden Siegel. k. k. geh. Hausarchiv.

CXV.

1289. 24. August. — *Heinrich von Schauenberg beurkundet, dass der Hof zu Melme, welchen der Salmann von Ludwigsdorf sich zueignen wollte, dem Kloster Schlägl gehöre.*

Ich *Hainrich von Schowenberch* tñn allen den chvnt, di disen brief vernement, daz *Salman von Lvdweigsdorf* vnd ander sin frivnd, di erben wolten sin des hofes datz *Melme*, den selben hof so lang angesprochen habent for minen Rihtern, daz di vchlag gewuchs für mich, do chom *Probst Réger von dem Slag* für vnd verantwortet den selben hof vnd behabt in for mir mit erwerigen gezivgen als verr mit dem rehte, daz im Rwe ertailt wart von dem forgenanten Salmann vnd andern erben, di dar nah sprachen oder noh sprechent wurden. Daz avch daz chloster datz dem *Slag* furbaz gerwet beleib for aller ansprache ovf dem forgenanten hof datz *Melme*, dar vber gib ich ze vrchvnd disen brief versigelten mit minem Insigel. Des sint gezivg *her Hærtuid vnd her Redolf von Liechtenwinkel, her Rud(olf) Schifer, her Hertzvik ab dem Strahen, her vrich von Ledweigsdorf, her fridrich der Pfarrer von Ort, wern (art) von Poksrekk, Eber (hart) von winnberg, wern (art) von Rotenvels, wernher Cheltz* vnd ander biderb levte. Der brief ist geben, do von Christes geburt waren Tovsent jar, Zwai hvndert iar. in dem Nivn vnd ahtzigistem jar an sancti Bartholomei tag.

Orig. auf Perg. mit einem wohl erhaltenen Siegel. Stiftsarchiv Schlägl.

CXVI.

1289. — *Heidenreich von Heichenbach schenkt dem Kloster Schlägl gegen Erlag von zehn Pfunden zum Seelenheile seines Sohnes Heinrich eine Hube in Mayrhopf.*

Propter mutabilem temporis cursum expedit, ut, que ab ydoneis personis stabiliuntur uel ordinantur, euidenti litterarum fulciantur stabili firmamento. Nouerint igitur tam presentes quam posteri, quod ego *heydenricus dictus de haychenpach* consului *flio meo heyurico* egrotanti, ut *domui beate virginis in slagu* pro iniuriis illatis et pro liberatione anime sue solemne remedium ordinaret. Qui cum nil aliud haberet nisi mansum, qui dicitur in *mayrhoph*, quod dare posset tam libere et secure, Vnde iam dictam curiam in *mayrhoph* predictus filius meus *heyuricus* pro peccatis et remedio anime sue et ego *damus* et *obligamus* atque *conferimus* ecclesie beate virginis in *plaga* pro decem libris libere possidendam. Ne autem talis nostra donacio per nostros successores valeat infirmari, presentem pagellam prelibate ecclesie sancte marie in *plaga* sigilli mei et domini mei *Rudlini* supradicte domus *prepositi* munimine tradidimus fideliter roboratam. Datum anno domini M^o.CC^o.L^o.XXX.VIII^o. Testes huius rei sunt *dominus Rudlinus prepositus*, *heyuricus lugerius*, *Theodrycus fratres*, *vlyreus puhler*, *vlyreus clenauer*, *wernhardus villicus*, *Theodrycus sutor*, *Rudgerus wecleneht* et alii quam plures.

Orig. auf Perg. mit zwei hängenden Siegeln von gelbem Wachse, das des Abtes schadhafft. Stiftsarchiv Schlägl.

CXVII.

1289. — *Wernhart, Bischof von Passau, ladet den Klerus und die Gläubigen seiner Diöcese ein, bei Uebertragung der Reliquien der Heiligen Valentin und Maximilian in Passau anwesend zu sein.*

Electos suos ita Dominus in patria mirificat, ut justorum anime in manu DEI foveantur ibi viventes, ubi aeterna vita in suo fonte bibitur, ibi gaudentes, ubi gaudium amaritudine non respergitur, ibi quiescentes, ubi pax contrarictatis obstaculo non turbatur. Repletur ibi in bonis desiderium eorum, Divina Majestas illos de torrente suae voluptatis inebriat et ut breviter concludamus, illic semper et in

omnibus optime in optimo se habebunt. Venerandas etiam electorum reliquias in Mundo gloria et honore coronat, dum in terrenis colloata cuilibet ossa eorum de loco pullulant sic, ut incinerati per carnis materiam vivant et vivi ficient per singulorum potentiam membra in se arida, vigorem virtutis ægris infundant ipsique Sancti carne soluti ad vitam carnis et spiritus plerumque resuscitant jam defunctos.

Sic Divina elementia civitatem supernam numero et merito beatorum aedificat, hac visitatione peregrinantis adhuc Ecclesiae fidem illuminat, spe elevat, charitatem inflammat, dum tam aperte ei demonstrat immortalitatis testimonia, dum promissae haereditatis tam chara DEO pignora in sinu nostro reposita retinemus. Et licet pius Dominus Ecclesiam suam per Orbem diffusam generaliter hac consolatione faecundet locis singulis singulos donando Patronos, felicem tamen semperque beatificandam *Pataviam* praecellentis praerogativae titulis insignivit, dum ei prima rosa caeli primus et praecipuus testis DEJ, primus et strenuus signifer martyrii, scilicet beatus Stephanus Protomartyr Rex a DEO constituitur et Patronus.

Huicque flori roseo in augmentum pulchritudinis et decoris integra beatorum Valentini et Maximiliani corpora velut nivei candoris lilia sociantur. Quae memorata et merito veneranda Pataviensis civitas in Ecclesia cathedrali velut in sinu intimo, tanquam in maternae conservationis gestans utero salutari sperans, quod et ipsi patres et pastores benignissimi sacrum illum locum tanquam peregrinationis suae receptaculum, tanquam pausationis propriae cubiculum assidua oratione sublevant, beata dexterarum benedictione consignent ac in praesenti ab omni inpugnatione hostili defendant, in futuro autem resurgendo cum ipsis suos concives fideli comitatu producant repraesentantes eos cum fiducia vultui judicantis.

Verum quia idem thesaurus amabilis fuit haecenus in loco et tumulto humili absconditus, nos incongruum judicantes, ut in loco habitationis suae habeantur inglorii, qui sunt in regno gloriae gloriosi, cum magis conveniat, ut, sicut in carne viventes Mundi erant luminaria posita super candelabrum ad lucendum domui Domini eam ingressuris, sic adhuc intrantes ecclesiam ex collocatione decenti lumen in eis videant Sanctitatis, de consilio Fratrum nostrorum praenominatos Sanctos in die beati Stephani ad tumbam venerationi eorum magis congruam favente Domino transferemus, quatenus exal-

tetur in Ecclesia plebis suae et laudetur deinceps in cathedra seniorum.

Ideoque Fraternitatem vestram hortamur in Domino et monemus, ut, cum Divina dicat auctoritas, „qui honorat patrem, jocundabitur“ vos tam jocundae translationi in praedicto die sollemnitatis et lætitiæ vestram praesentiam offeratis visitationi paternae alacriter alludentes. Et cum universitas Cleri ac populi Civitatis Pataviensis Dioecesis unum corpus et unum ovile merito censeantur, expedit vos elevationi tantorum Pontificum reverenter occurrere, quatenus ipsi vos inter suas custodiant, pascant et foveant oviculas, si se ut pastores a vobis viderint humiliter recognosci. Plebes etiam vobis commissas efficacibus ad hoc monitis inducatis, quatenus in die translationis ejusdem ecclesiam nostram cum vexillis visitent cathedralem benedictionem transferendorum Prasulum et nostram cum larga multorum Episcoporum indulgentia recepturi, sic facientes, ut de negligentia non possitis argui sed de diligentia mereamini commendari. Datum anno Domini MCCLXXXIX.

Ein Schreiben gleichen Inhaltes an die Pfarrer der Diöcese Passau.

Dignum et justum est, æquum et salutare, ut Ecclesia militans se, in quantum potest, triumphanti conformet. Unde in terris digne digni habentur gloria et honore, quos Altissimus mirificavit in coelis. Quare nos desiderantes corpora beatissimorum Patronorum nostrorum, quae prius in humili loco erant reposita, nunc in loco magis idoneo collocare celebraturi subsequenter reconciliationem poenitentium ob reverentiam translationis hujusmodi noviter faciendae, Fraternitatem vestram hortamur in Domino et monemus, quatenus ob hanc duplicem causam plebes in tali die ad veniendum Pataviam inducatis vosque ipsi nihilominus tunc existatis ibidem, quia translationi eidem continuare nostram Synodum cogitamus.

Antwort auf vorstehende zwei Schreiben.

In vestro felici pectore felix versatur intentio, ut scilicet in Ecclesia fidelium excelsius exaltentur corpora Sanctae Pataviensis Ecclesiae, imo totius patriae Patronorum, quatenus honoris amplitudinem consequantur in terris, qui tanquam veri amici DEJ. nimis sunt in

coelestibus honorati. Unde ad tam festivam translationem ac etiam reconciliationem poenitentium plebes nostras sollerter induximus et sollertius inducemus, timentes tantum, quod accessui eorum obsistat instans messium collectio totius anni commoditatibus profutura. Caeterum nos Clerici, qui cum Petro relictis omnibus sequi debemus imperia Praelatorum, Capitulum per vos indictum reverenter, prout condecet, accedemus.

B. Perz, Thes. Anecd. VI. II. 150.

CXVIII.

1289. — *Otackar von Lobenstein übergibt dem Chunrat von Capellen zwei Huben zu Pasching.*

Ich Otakker von Lobenstain tñn chvnt alle den, di disen brief an sehent oder lesent, daz ich hern *Chñrat von Chapelle* han geben di aigenschaft an den zwain hveben ze *paeschinge*, di *Eberhart bei dem tor ze lintz* von mir het, vnd bin ovch der selben zwaiger hveb sein gwer fvr mein brveder vnt fvr alle ansprach an alle der stat, vnt er ez an mich svecht, vnt ob im dar an icht ab gienge, daz im leicht di vor genanten hveb wurden an behapt, so sol ich im sehlich phvnt schuldich sein vnt sol di haben ovf alle dev, vnt ich han vnt daz daz staet vnd vnuerchert beleibe, gib ich im disen brief ze vrchvnde versigelt mit minem insigel vnt mit den gezevgen, di hie geschriben stent: *her hainrich von volchenstorf*, *her hainrich von lonstorf*, *her Otte sein brveder*, *Rveger der hettaer*, *hainrich von dietreiching*, *her vtreich der morder ze lintz*, *her hainrich sein brveder*, *her hainrich der pranter*. Daz ist geschehen, do von vnsers herren gebvrte ist gewesen Tovsent iar, zwai hvndert iar vnt nevn vnt abzich iar.

Orig. auf Perg. mit einem runden rothen Siegel an Pergamentstreifen, das einen pfahlweisen in vier Felder abgetheilten Schild enthält. K. k. geh. Hausarchiv.

CXIX.

1289. **Lambach.** — *Chunrat, Abbt zu Lambach, verleiht ein Gut in Walling an einen gewissen Otto daselbst zu Erbrecht.*

Innotescat presentibus et futuris, quod nos *Chunradus dei gratia Abbas ecclesie Lambacensis* de vnanimi consilio conuentus

mansum in *waltling* ad cameram pertinentem *Otoni ibidem et Alhaedi* sorori sue ac omni posteritati ipsorum legitime iure hereditali concessimus tali pacto, vt de eodem mansu in Natiuitate beate Marie lx denarii pro seruicio et in festo Georii v. denarii et tres pulli pro iure aduocatie nobis annis singulis persoluantur. Vt autem hec concessio maneat inconuulsa, presens scriptum nostris sigillis duximus consiguandum.

Datum *Lambaci* anno domini M^o.CC^o.LXXXIX.

Abschrift aus dem 15. Jahrhundert in einem Codex des Stiftsarchives zu Lambach.

CXX.

1289. *Lambach*. — *Chunrat, Abbt zu Lambach, verleiht an Wernhart, Bürger zu Wels, ein Gut in Tann auf dem Wigelsperg zu Erbrecht.*

Patens esse uolumus vniuersis hoc scriptum intuentibus nos *Chunradum abbatem Lambacensem* de conuini consilio conuentus *Wernhardo ciui welsensi ac Geute uxori sue* totique posteritati ipsorum mansum nostrum in *Tann* uocatum super *wigelsperg* per ipsum *wernhardum* prius apud iustos heredes comparatum s. (cilicet) *Gundacherum, symonem, Sindramum (oder Sindmarum) Salmiam, margaretam* iure hereditario contulisse condicione huius mediante, vt ecclesie nostre annuatim in natiuitate beate uirginis lx. denarii pro seruicio et in Epyphania lx. denarii pro *stevra* sine contradictione qualibet persoluantur. Vt autem hec donacio in posterum maneat inconuulsa, nostrorum sigillorum appendimus firmamentum.

Datum *Lambaci* Anno domini M^o.CC^o.LXXXVIIIJ.

Abschrift aus dem fünfzehnten Jahrhunderte in einem Codex des Stiftes Lambach.

CXXI.

1289. *Lambach*. — *Chunrat, Abbt zu Lambach verleiht an Engelbert und seinen Eidam Ulrich das Hiltgreims-Lehen zu Erbrecht.*

Facta modernorum scriptis solent futurorum memorie commendari. Hinc est, quod nos *Chunradus* dei gratia Abbas totusque conuentus *ecclesie Lambacensis* tam presentibus quam futuris huius scripti munimine declaramus nos *Engelberto et Vlrico* genero suo cum *uoribus ipsorum* omnique posteritati eorum feodum nostrum,

quod vulgariter dicitur *Hiltgreimes Lehen*, quod ipsi prius a iustis heredibus comparauerant, iure hereditario contulisse duplici interposita condicione vna ad nos, ad heredes vero altera pertinente. Ad nos respiciens conditio talis est, vt ipsi singulis annis et posteritas ipsorum nostre ecclesie VIIIJ. metretas frumenti pro seruicio et X. denarios pro stevra aduocacie et insuper ius, quod dicitur *Vorstreht*, persoluere non omittant. Condicio vero pertinens ad heredes supra dicti feodi hec est, vt, si quis ex prioribus heredibus ipsos uel heredes ipsorum pro supradicto inpetierit tempore procedente, in XXX. libris ipsis teneatur certissime obligatus, et vt predicta robor optineant firmitatis, subscriptis testibus et sigillorum nostrorum appensione iussimus stabiliri. testes *Hainricus riehter, H. filius suus, Hainricus caupo de Lambach, Hugo ibidem, Wernhardus officialis de wels* et alij plures.

Datum *Lambaci* anno domini M^o.CC^o.LXXXVIIIJ.

Abchrift aus dem fünfzehnten Jahrhunderte in einem Codex des Stiftes *Lambach*.

CXXII.

1289. *Lambach*. — *Chunrat, Abbt zu Lambach, verleiht an die Brüder Tanquart und Heidenreich ein Gut in Niedernau zu Erbrecht.*

Pateat vniuersis hoc scriptum inspecturis, quod nos *Chunradus dei gratia Abbas ecclesie Lambacensis* de consilio conuentus manusum nostrum in *Nidernawe Tanquardo et fratri suo Haidenrico et uxori sue Chvnigundi* iure hereditali contulimus in hac forma, vt annuatim pro seruicio in Natiuitate beate virginis LX. denarii pro stevra conuini, XX. pro stevra aduocacie, X. pro uectura vini, X. et tres pulli nostre ecclesie persoluantur feodo de eodem. Vt autem hec donatio a posteris inuiolabiliter obseruetur, nostrorum sigillorum firmauimus testamento. Datum *Lambaci* Anno domini M^o.CC^o.LXXXVIIIJ^o.

Abchrift aus dem fünfzehnten Jahrhundert in einem Codex des Stiftes *Lambach*.

CXXIII.

1289. — *Chunrat, Abbt zu Lambach, verleihet an Wernhart von Wessenperg ein Gut daselbst zu Erbrecht.*

Ignorare nolumus tam posteros quam presentes, quod nos *Chunradus* dei gratia abbas totusque conuentus fratrum *ecclesie Lambacensis* vnanimi consilio *Wernhardo de Wessenperg* et toti posteritati sue predium ibidem nostre ecclesie adtinens titulo proprietatis iure hereditali contulimus tali pacto, vt seruicium actenus debitum et consuetum de eodem predio amodo nostre ecclesie sine omni contradictione integraliter persoluatur hoc adiecto, vt, cum dictus *Wernhardus* uel quicumque sue posteritatis possessor predicti predii seruicium statutum ex paupertatis uel cuiuscunq[ue] necessitatis defectu nobis soluere non ualeat, in sepedicto predio careat omni iure. Vt autem prescripta procedente tempore non cassetur, hanc cedulam nostris sigillis cum subscriptis testibus iussimus consignari. Testibus subnotatis. Actum anno domini M^o.CC^o.LXXXVIII^o.

Aus einem Codex des Stiftes Lambach.

CXXIV.

1289. — *Der Pfarrer Rudiger von Reuripp gibt seine Tochter Margaretha zu einem Dienste von fünf Pfennigen nach Formbach.*

Notum sit omnibus christi fidelibus, quod Dominus *Rudigerus Sacerdos et plebanus in Reuripp* suam filiam nomine *Margaretam uxorem Fridirici de Hechelshouen* altari sancte Marie in *vormpach* ad Censum quinque denariorum perpetuo delegauit, quam idem dominus *Rudigerus* de manibus quorundam clientum, qui dicuntur *weidinger*, quorum erat propria, cum sua pecunia libere dinoscitur redemisse. Cuius rei testes sunt *Domnus Abraham plebanus de pevrbach*, *Vlricus de weiden*, et alii fide digni. Acta sunt hec tempore venerabilis *abbatis domni Hainrici* anno domini MCCLXXXIX.

Aus dem Formbacher Codex im k. baier. Reichsarchive.

CXXV.

1289. **Kremsmünster.** — Vergleich über ein zum Krankenhause des Stiftes Kremsmünster durch Heinrich Sunel und seine Söhne gemachtes Vermächtniss und eine daraus hervorgehende Jahrtags-Stiftung.

Ego *Johannes de Ror* profiteor, protestor et constare cupio universis presencia inspectaris, quod, cum *Heinricus dictus Sunel* et filii sui, videlicet *Otto de hohenperg* et *Heinricus ignis*, cum consensu omnium heredum suorum de possessionibus suis duabus, scilicet curiis in *Aw circa flumen Anasum*, quas proprietatis tytulo possidebant, ob animarum suarum remedium ad infirmariam ecclesie in *Chremsmünster* duas libras denariorum novorum ordinassent vice testamenti in Natiuitate beate virginis singulis annis dari, ac deinde in deposicione relicte predicti *H. ignis Pernhardus de Ahliten* gener ipsorum cum aliis suis coheredibus de prefato predio XXX denarios in premissis termino stauisset dari ad officium custodie, quia tamen ius locacionis cum aliis quibuslibet usibus in potestate antedicti *Pernhardi* et *Waichardi Wolfspergarii* et *Ernesti de Vtsdorf* ac heredum suorum remanserant, fratres memorati monasterii a predictis, videlicet *Waichardo Wolfspergario* pro VI. et ab *Ernesto* pro VII. libris denariorum ius, quod eis in eisdem competeat possessionibus, redemerunt, resignacione debita ad manus fratrum ab ipsis et suis pueris in mea presencia protinus subsecuta. *Pernhardus* uero, cum de residuo sue partis sibi et uxori sue remedium facere decreuisset, receptis in mutua commutacione a fratribus sepedictis decima *Vlrici Ruffi* et altera decima curie in *Stain*, ius sue pertinencie in prediis eisdem ad manus eorundem fratrum cum vxore et pueris libere resignauit ita, ut ipso decedente decima *Ruffi*, ipsa uero moriente decima in *Stain* ad infirmariam eandem sine contradicione qualibet reuertantur. Sed et fratres supradicti pro huiusmodi donacionibus celebrabunt anniuersarios *H. synlini* et duorum filiorum suorum specialiter vna die, ac *Pernhardi* et uxoris sue die altera cum integro officio defunctorum sollempniter in conuentu, consolaciones et pietancias congruas in utrisque anniuersariis percepturi. Et ne animas prefatorum fraudari contingat debitis beneficiis ac promissis, largicioni sue cautelam curauerunt apponere sub hiis pactis, ut, si ob spem maioris forte utilitatis abbas et conuentus predictas posses-

siones uendere aut obligare aut aliud quid de eis uoluerint ordinare, ut tunc fuerint arbitrati de consilio et consensu duorum pociorum de predictis heredibus facient, quod decreuerint faciendum, ita tamen, ut precium rei uendite seu quomodolibet alienate, siue mobile sit seu immobile, pari equipollencia infirmarie usibus in totum debeat deseruire. In quorum omnium euidentis argumentum huic carte sigillum meum partibus placuit apponendum, testibus nichilominus, qui huic rei interfuerunt, ut decuit, subnotatis, qui sunt hii: *Vlricus Ruffus, Lektoldus de Pernow, Otto de Ahliten, heinricus de Ahliten, Albero de Aschperch, Chunradus de Sintzendorf et frater suus Heinricus, Vlricus de Solzpach et filius suus Vlricus, Ditricus Pawzzel, Otto tzärtel* et alii quam plures. C. Actum et datum in *Chremsmünster* anno domini **M.CC.LXXXIX.** Indictione secunda.

C. Nota, quod has duas curias dedimus pro una curia circa *Ror*, que dicitur *Hækkelhof*.

Urkundenbuch von Kremsmünster. Nr. 128.

CXXVI.

1290. 2. Jänner. — *Heinrich von Wallsee gibt seine Einwilligung, dass sein Bruder Eberhart seiner Hausfrau Maria eintausend Pfund Pfennige auf den ihnen beiden gehörigen Pfandschaften Riedmarch und Freistadt anweisen möge.*

Ich *Hainrich von Walsse* vergih an disem brieve vnt tven chvnt allen den, die disen brief lesent oder hœrent lesen, di nu lebent vnd her nach chvnftich sint, Daz daz mit meinem gveten willen vnd mit meiner gvnt geschehen ist, Daz mein brvder *Eberhart von walsse* seiner hovsvrowen vrovn *Mareien* Tovesent phunt wiennær phenninge gegeben hat ovf dem gvete, daz vnser baider vngetailtiv satzvngc ist von vnserm herren *herzog albrehte von Oesterreich* vur zwai Tovesend phvnt vnd vergih ovch, ob der vorgebant *Eberhart* mein bruder niht en wære, daz div vorgebant vrov *Mareie* vnd ir erben zins vnd nvtz, swie der gehaizzen ist, mit mir halben haben schvlu ovf dem gvete allem sampt vnd ist daz selbe gvete her nach geschriben vnt benennet, daz ist div *Riedmarch* vnt div *vveienstat* vnd swaz in der selben *Riedmarch* gelegen ist mit dem *Lantgerichte* vnd mit allen div vnt dar inne ist, swie ez genant ist, versvecht vnd vnversvecht, ze holtz oder zavelde, vnd ist daz *uchlant* vnd swaz zve der selben *graschaft* gehœret. Ich schol ovch

mit sampt meinen erben daz selbe gvet, swaz in den vorgenanten gegenten gelegen ist, daz den laudes herren an gehæret, mit der vorgenanten vrovn Mareien vnd mit ir erben tailen, swenne siz an mich svechet oder vodert, an alle widerrede vnd an allen chriekch mit meinem gyten willen. Daz daz nv also stæte vnd vnzebrochen von mir vnd von meinen erben beleibe, vnd ovch dester gelivgsamer sei, des gib ich Heinrich von walsse der vorgenante vrovn Mareien der vorgenanten vnd ir erben disen brief mit meinem insigel zeinem vrchvnde vnt zeiner sihtigen warnvnge dierre sache vnd mit den gezivgen, die her nach geschriben stent, den disiv sache vnd ditz dinch wol chvnt ist. Daz ist *her Levolt von Chvringen*, *her Stephan von Meyhsowe*, *her Fridreich der Chameraer von Oesterreich*, *her vtreich der elter von Chappelen*, *her Heinrich vnd her chvnrat vnd her Seibot die bruder von Potendorf*, *her Chvnrat von Pilhüttdorf*, *her albrecht der stuhs von Trautmanstorf*, *alber von Chvringen*, *Otte von Hakenberch*, *alber von Pollenheim*, *her Gotschalch von vlachenek*, *her Herman der Marschalch von Landenberch*, *her vtreich von Chlingenberch* vnd ander biderbe levte genvege. Diser brief ist gegeben vnd ist ditz dinch geschehen, do von Christes gebvrt ist gewesen Tvsent iar, zwai hvndert iar, in dem nivzigisten iare des næhsten mæntages nach dem Ebenweih-tage ze weinahten.

Orig. auf Perg. Ein rundes weisses Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

CXXVII.

1290. 8. Februar. — *Johann von Ror versetzt dem Probst zu St. Florian den Hof in der Eben zum Pfande für ein Anleihen von sechzig Pfund Pfennigen.*

Ich *Johans von Rór* tyn chvnt mit disem brief allen, dj in an sehent oder hõrent lesen, daz der Brobst vnd div Samnunge daz *sant Florians havs* habent mier gelichen an einen grozzen nevten sehzige Phvnt phenninge wiener mvnze, vûr die selben phenning han ich in gantwûrtet meinen hof *an der Eben* mit allem dem, daz da zû gehõrt, iz sei Acher oder Holz oder Wismat, vnd han daz getan mit sotainen gelivbe, swenne ich oder mein gerben dem Chlõster di selben phenningen an *sant Michels tag* an alliv abslahvng des nvntze, den iz di weil van dem hof hat, mit gantzer zal wider geit, so

wiert der hof sazhant ledich; di weil aver dez niht geschieht, di weil schöl daz Chlöster den selben hof haben in nytze vnd in gweren an alle ansprach vnd ist dev satzvng geschehen mit meiner Havs-
vröwen ver *Margareten* vnd meins brvder *Otten* vnd meins svnes *heinreichs*, di ier trewe habent dar vmbe gegeben, daz si iz stete wellen behalten, gvten willen. Daz des vürbaz iht werd vergezzen, so gib ich dem selben Chlöster meinen brief mit meinen insigel vnd dar zv meiner vrevnt insigel der *volchenstorfer* vnd gib in dar zv di zevg, die hie geschriben sint: *Chunraten vnd sinen bruder Heinrichen dj volchenstorfer, Heinrichen von volchenstorf, Chunraten von Chappelle, Heinrichen vnd Otten von Lónstorf, Rügern von Heten, Hern Periholden von Harthaim, Hern Livtolden von Walde, Her Dietrichen von Ebilsperch, Hern Otten wolfstain, Hern Heinrichen von Larffen, Seifriden von velichling, Chunraten vnd Seifriden von Lanzenperg, Heinrichen den Jacober, Ditmaren vnd Arnolten vnd Albrehten di wolfstain, vtrichen von Sinzenperg, Eberharten von Håg, Wilhalmen von Chersperch, Heinrichen den Tobler, Bernharten von Ahleiten, Otten Zertlein, Dietreichen den walich, Herworten von Chremsdórf* vnd alle, di da pei sint gewesen vnd gesehen vnd gehört habent vnd ist daz geschehen nach vnsers herren gewürt vber tavsent iar vnd zwai hvndert iar, an dem nevnzkisten iar des mitichen vór sant valenteins tag, der gemartert ward.

Orig. auf Perg. Drei Siegel hängen. Stiftsarchiv St. Florian.

CXXVIII.

1290. 8. Februar. — *Janns von Ror verkauft den Hof an der Eben (in der Pfarre St. Florian) an das Kloster St. Florian.*

Wand mensleich natvr also gestalt ist, daz si stete beraiter ist ze vbelen dingen denne ze gvten, daz der Levte gescheffte mit der hingevnden zeit iht vergezzen werd oder daz man sev mit dehainem valsche iht vercheren oder verirren myge, so ist des dürft, daz man sev bestetige mit vrchunde, insigel vnd brief. Da van tónn ich *Johans von Rór* chunt mit disem brief allen, di in an sehent oder hörent lesen, daz ich dem gvtes havs datz *sant Florians havs* han ze chöffen gigegeben in rechter aigens gwer vmb sehs vnt dreizek phvnt

phenning wiener mynze meinen hof *an der Eben* mit alle dem, daz dar zŵ gehört, iz sei acher oder hōlz oder wismat, also, daz daz chlōster ebichleichen den hof haben schvllē an rechtens aigens stat als ich vnd mein vōrvodern in e haben gekabt, vnd han daz getan mit meiner havs vrōwen ver *Margareten* vnd mines bruder *otten* vnd mit meines svnes *heinreichs* gŵtem willen, dj sich vurzibt taten als ier rehtes an dem selben hof vnd mit sant mier habent gelobt, daz si des selben hofes des vōr genannten Chlōsters gewer schvllē sein vnd swaz schaden daz gōtes havse dar vber nimet an dem selben hōf mit rehte, den schōl ich vnd arch sev, swenne ich niht pin, dem Chlōster genzlichen an alle wider rede ab tŵn. Daz dehain chrieg vŵrbaz zwischen dem Chlōster vnd mier vnd meinen gerben werd vmbe den selben hof oder vmbe iht, daz dar zŵ gehört, so han ich gegeben dem vōrgenanten gotes havs disen brief mit meinen insigel vnd mit meiner vrevnt jnsigel der *volchenstōrfer* vnd gib in des gezig *Her Otten vōn Chrevzen, Chunraten vnd Heinreichen sinen brūder vōn volchenstorf, Heinreichen vōn volchenstorf, Chunraten vōn Chappelle, Heinreichen vnd Otten vōn Lōnstōrf, Rūgeren vōn Hcten, Hern Periktolden vōn Hartaim, Her Livtolden vōn walden, Her Dietreichen vōn Ebelsperch, Hern Otten Wolfstain, Albrechten vōn Hāvzenpach, Seifriden vōn welichling, Chunraten vnd seifriden vōn Lanzenperg, Ortolfen vōn Stadel, vrichen vōn Sinzenberch, Ditmaren vnd Arnolt vnd Albrechten die Wolfstain, Heinreichen den Jacober, Siefriden vōn Grillenberge, Heberharten von hage, wilhalmen von Chersperge, (sic) Heinrichen von Dietreichinge, Bernharten vōn ahleiten, Otten zertelein, Heinreichen den Tobler, Dietrichen den walich, Herworten vōn Chremsdorf* vnd dar zv alle, di da bej sint gewesen vnd gesehen vnd gehōren habent, vnd ist daz geschehen nach vnsers herren gewŵrt vber tavsent jar vnd zway hyndert iar, an dem nevnzkistem iar des mitichen vōr sant valenteins tag, dv er gimartert wart.

Orig. auf Perg. Die drei Siegel wie in der vorhergehenden Urkunde Johans vom nāmlichen Datum. Stiftsarchiv St. Florian.

CXXIX.

1290. 19. März. Wien. — *Leibgedingsbrief, betreffend den Zehenthof zu Praitenpuch ertheilt durch den Propst zu Reichersberg.*

Wir Churrat von gotes gnaden Brobst ze Reychersperige vnd gemain vnser Samunge tñn allen Lævten chunt vnd wellen, daz ez offenber sei, daz wir mit gemainem rat Vlrichen von Savtern vnd siner hosfrowen vron Alhaiten vnd den chinden, di si miteinander habent vnd noch gewinnet, baiden sun vnd tochter vnseren Zehenthof ze Praitenpuch mit alliv div vnd da zÿ gehôret, gesvocht, vngesvocht geantwrt vnd lazzen haben mit solhem gedinge, als wir sie beschaiden, daz si vns dienen von dem selbem hof aller ierchleichen an sant Michels tach zehen schillinge pheuninge, di danne gengich sint, winner mynz ze rehtem Burchreht vnd schullen vns auch warten mit den nahtselden, als si ê von dem hof gehorten, vnd allen den Zehent, der in denselben hof gehoret baidev chlain vnd groz, als er von alten dingen da zÿ gehoret gesÿcht vnd ungesÿcht, an einen hof, der da haizzet der *Schutzen hof*, den wir selbe vessen wellen, den andern schol er in bringen mit sein selbes choste und mit seiner arbeit, daz wir im da zÿ dehain helfe schulen tñn, an vnseren gewissen boten schullen wier dabi im haben, wa vnd wie er in vessen. So er in danne gedrischet, so schol er in aûf den tenne mit dem metzen mit vns teilen, daz er vns gleich halber werde als im vnd den chlainen zehent daz selbe. Wa er in danne niht gewesen noch gefÿren mach vor landes ÿrleyge, so schol vnser gewisser bote bi im sein. Swie derselbe Zehent lazzen wirt . . . vnser. So ist aûch sunderleich gelobet, ob er Vlrich styrbe, So schol sein Hovsfrowe vro Alhait bi demselben hof beleiben vnd den zehent haben mit dem selben reht. Wanne aver si niht ist, so schol vnder iren chinden, di si miteinander habent, immer aines den selben hof wirtleichen besitzen, daz vns vnser reht vollechleichen verdien. Vnd swenne di chint abe ersterben oder dar zÿ wrden von vugelykche, daz si den vorgenannten hof vnd den Zehent vns mit verdienen môhten, also hie vorgelobt ist, so ist vns der selbe hof mit samt dem Zehent vnd allez, daz da zÿ gehôret, ledich worden an alle ansprach. Wir haben aûch auzgenomen mit gelueb, swenne der Voget auf dem hof nachselde nimt, daz wir di choste mit einander gelten. Vnd daz

hernach an disen dingen, als der prief hat, iemen dehein irresal myge gemachen, dar vmbe geb wir disen prief ze einer stäticheit mit vnserm Insigel vud auch der Samnynge Insigel. Vnd ist daz geschehen ze *Wienn* nach Christes gepfırde tausent iar, zwai hvdert iar, in dem niwnztichistem jar an dem nahsten Syntage vor dem Palmetage.

Orig. auf Perg. Beide Siegel hängen. Stiftsarchiv Reichersberg.

CXXX.

1290. 28. März. Im Lateran. — *Conföderation des Klosters im Lateran mit St. Florian.*

Dilectis in Christo fratribus et amicis karissimis venerabilibus domnio *vlrieo preposito* Totique Conuentui Monasterii *sancti floriani* ordinis sancti Augustini Patauiensis dyocesis Prior miseratione diuina et Conuentus *Ecclesie Lateranensis* ordinis sancti Augustini sinceram et fraternam in domino karitatem. Deuotioni vestre, que de sincere fidei radice procedit, grato concurrentes affectu Ecce vobis, quibus nos professionis et ordinis confederat ydempnitatis, ad requisitionem dilecti confratris nostri *Ainwici decani vestri* omnium missarum, orationum jeiuniorum, vigiliarum, deuotionum, omnium bonorum, que per nos et successores nostros diuina pro . . . tia . . . in eternum operata fuerint, plenam vobis communionem concedimus et perpetue fraternitatis priuilegium indulgemus sub harum testimonio litterarum nostro sigillo munitarum.

Datum *Laterani* Anno domini M^o.CC^o.LXXXX. V. kalendas Aprilis.

Orig. auf Perg. Siegel an einem Pergamentstreifen hängend, stellt vor die Taufe Christi. † . S . Prioris . Lateranens . Eelie. Stiftsarchiv St. Florian.

CXXXI.

1290. 4. April. — *Chunrat, Abbt zu Raitenhastlach, tauscht an das Kloster zu Ranshofen das Gut Od bei Ried gegen zwei Güter in der Pfarre Feuchten aus.*

Nos frater *Chunradus* dictus abbas et Conuentus ecclesie de *Raitenhoslach* omnibus in perpetuum. Cum ea, que fiunt in tempore, labantur cum tempore, expedit, ut ea, que aguntur, scripture testimonio confirmentur. Hinc est, quod notum esse uolumus uniuersis

hoc scriptum intuentibus, quod nos de uoluntate unanimi et consensu pro utilitate ecclesie nostre per quoddam predium nostrum dictum *ôd circa Ried* cum ecclesia in *Ranshouen* pro duobus prediis incultis eiusdem ecclesie *artenperg et Gugling* sitis in *parrochia veuchten* concambium fecimus, que in nostram transierunt liberaliter possessionem. Ne igitur a posteris super tali concambio lis uel calumpnia ualeat suboriri, memorate ecclesie in *Ranshouen* hanc cartam dedimus sigilli nostri robore communitam. Huius rei testes sunt *fratres uernhardus prior, H. subprior, Boz cellerarius, perchtoldus, Hiltprandus, H. seruator, Ch. wiennensis, Fridricus, Otto Hutarius* et alii quam plures uiri ydonei et fide digni. Acta sunt hec anno domini M^o.CC^o.LXXX. ambrosii episcopi et confessoris.

Aus einem Pergament-Codex des 14. Jahrhunderts in der k. baier. Staatsbibliothek.

CXXXII.

1290. 7. April. — *Chunrat Harlunc verkauft an das Kloster Baumgartenberg sein Gut za Eytzdorf, genannt an dem Ort.*

Successu temporis ab humana recedit memoria, quod Auctoritas non firmat et non Roborant testimonia Scripturarum. Ego igitur *Chunradus harlunc* Protestor publice in his scriptis, quod uenerabilibus in christo uiris uidelicet domno *Rapotoni abbati* et fratribus in *paungartenperg* Predium meum situm in *Eytzdorf*, quod dicitur *an dem Ort*, pro dimidia Carrata uini et nouem talentis denariorum preter LX. denarios persoluta michi iam Eadem pecunia integraliter et in prompto cum consensu omnium liberorum meorum proprietatis Titulo vendidi absolute Renunciantibus eisdem meis liberis vna mecum omni Juri, quod tam michi quam ipsis in eodem predio hactenus competebat, et pro eiusdem contractus siue facti caucione Ego et predicti coheredes mei constituimus et offerimus nos Auctores, quod wlgo Gwer dicitur, Nec non legitimi defensores esse volumus contra omnem calumniam et grauamen, que vel quod in predicti Abbatis et confratrum suorum prejudicium per qualescunq; personas quibuscumque modis in possessione predij prenotati posset in posterum suborirj. In cuius Rei memoriam atque Robur hanc literam Sigillo domni *Vtrici Capellarij* consignatam Carens sigillo proprio tradidi Testibus subnotatis, quorum hec sunt

nomina: *Eberhardus de harlunc, hartmudus de Smida, Vlricus et leutoldus fratres de Mitterberch, Vlricus hawser, Vlricus filius hartmudi, heinricus de Winthag et alij quam plures. Actum Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo feria sexta jnfra Octauas Pasce.*

Aus dem Copialbuche von Baumgartenberg v. J. 1511.

CXXXIII.

1290. 21. April. Passau. — *Otto von Ror verkauft dem Bischofe von Passau Alles, was Eckart und Hadmar, Brüder von Schledorf, vom Gotteshause im Lande ob der Enns gehabt, wie es durch Eckarts Tochter an ihn gekommen ist.*

Ich *Otte von Röre* tvon chvnt allen den, die disen, prief lesent oder vernement, daz ich allez daz gvot vnd levte, swaz her *Ekkehart von Slehedorf vnd sin brvoder Hadmar* gehabt habent von dem gotshovse von Pazzawe *ob der Ense* vnd daz mir hernah her *Ekkehart von Slehedorf* zv siner tohter gab vnd ovch ich daz selbe gvot empfie von minem herren *pischolf Wernharten von Pazzawe*, daz selbe gvot vnd ovch ander gvot, swaz mir her *Eckehart* gab der vorgnante *ob der Ense*, ez eigen oder lehen sei, han gegeben ze chovffen minem herren *Pischolf Wernharte von Pazzawe* vnd dem gotshovse von *Pazzawe* ewichliche ze haben ane alle ansprache, swaz sein eigen ist, daz han ich in gegeben in eigens gewer, vnd swaz sein lehen was, daz han ich im ovf gegeben, besvochtez vnd vnbesvochtez, gerilhte, zehente, höfe, levte vud gvot, swie ez genant ist vnd swa ez gelegen ist *ob der Ense*, vnd pin desselben gvotes sin gewer an aller der stat, vnd ich zerehte sol, Ane als vil, swaz verlehendes gvotes dar vnder ist, daz man e von den *sleherdofern* gehabt hat, die da vorgebant sint, vnd ovch sider von mir genommen hat, e der chavf ergangen ist zwishen mir vnd dem vorgebantem *Pischolfe*, div selbe manschaft sol mir bliben vnd sol mich der *bischolf* noch deheiner siner nachhomen daran niht irren Vnd han darvmb von im emphanen driv hvndert phvnt vnd zwelf phvnt *Pazzawer* phenninge. vnd daz allez daz, daz vor geschriben ist, stete vnd vnvercheret blibe, dar vber gib ich disen prief mit minem jnsigel vnd mines brvder *Jansen vnd hern Albrehtes des Chlo-seneres* vnd hern *Lertoldes von Talheim* Insigeln vnd mit den gezivgen, die da pi waren, da der chovf ergie. Daz was her *Got-*

frid der t̄mprobst, her Wolfger der Techent von pazzauwe, her Syboth von Tannenberch, her vrich von Steire, her Heinrich von Inne, chorherren von Pazzauwe, her Wernher der pharrer von griezpach, her Redeger von Weirberch ein priester, Albrecht des Pischolfes schriber, her Per der schenche von Anzenkirchen, Her Albrecht der Chlosener, Her Meinham von watzmansdorf, her lirtolt von Talheim, Her vrich von firstenecke, Her Pilgreim der schenke, Her Sifrid von hrgenperge, Janse von Rore min bruder, Ortneid von Tannenberch, Eberwein von Johanstein, Ruder der Prvschinch von piberpach, Philippe der gnersse, Vrich von Calheim, Wernher der iunge schenche von Griezpach, Pertolt vnd prvone die Pruder von wenge, Marchart gnersse, Otte der Ratgebe richter ze Pazzauwe, Vrich von pogesrucke, Manigolt, Heinrich der techinger vnd ander piderbe levte, die daz horten vnd sahen, da der chovf ergie. Der chovf ist geschehen ze Pazzauwe, do von Christes gebvrt gewesen sint Tovsent Jare, zweihvndert Jare, in dem Nevtzigisten Jar des fritages vor sant Gorgen tage.

Monum. boic. XXIX. II. 572.

CXXXIV.

1290. 6. Mai. Straubing. — *Otto, Herzog von Bayern, verleiht dem Kloster Wilhering die Freiheit, ein Talent Salzes mauthfrei zu Burghausen und Schärding durchführen zu dürfen.*

Otto dei gratia Palatinus Comes Reni, Dux Bawarie Mutenariis suis in Burchusa et Schärding gratiam suam. Scire debet vestra deuotio, quod ad Karissimi patris nostri domini H. quondam Illustris Palatini Comitiss Reni, Ducis Bawarie diue memorie nuper defuncti salutem sinceris animis aspirantes ob sue ac aliorum progenitorum nostrorum animarum remedium dilectis nobis venerabilibus abbati et Conuentu in Wilhering ordinis Cystericiensis hanc dedimus et indulsum libertatem, quod vnum Talentum salis ampligaminis absque omni muta et exactione cuiuscumque theloniei per se uel per procuratores suos ducere debeant annuatim. Volumus igitur et mandamus vobis firmiter et districte, quatenus eis premissa libertatis gratiam absque detrimento debeat is inuiolabiliter obseruare sic, quod nemo ex vobis presumat in premissis eos uel procu-

ratores eorum aliquatenus impedire Maxime, quia huiusmodi gratiam eis fecimus de Karissimorum *fratrum nostrorum Ludwici et Stephani* beneplacito et consensu in reconpensam quorundam dampnorum, que olim eis fuerunt per prefati patris nostri Karissimi homines descendentes in Austriam irrogata. Ipsi etiam nobis fideliter promiserunt, quod iam dictorum patris nostri et aliorum progenitorum nostrorum anniuersarium annis singulis certo die sollempniter celebrabunt. In cuius rei euidens testimonium atque robur presens Instrumentum eis dedimus nostri maioris sigilli robore communitum. Datum et Actum apud *Strubingam* M^o.CC^o.LXXXX. In die beati Johannis ante Portam latinam.

Orig. auf Perg. Das Siegel, zum Theile zerbröckelt, ist ein Reitersiegel. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 538.

CXXXV.

1290. 31. Mai. Wolfstein. — *Otto, Herzog von Bayern, bestätigt dem Kloster Ranshofen die ihm durch seinen Vater ertheilte Mautfreiheit.*

Nos *Otto gratia (dei) Palatinus Comes Renu, Dux Bawarie* presentibus profitemur, quod Karissimi patris nostri diue memorie litteras uidimus et audiuius non abolitas nec viciatas sed saluas omnimodis in hec uerba: Nos Heinricus (Siehe die Urkunde datum am 4. März 1257.) Nos igitur predicti patris nostri Karissimi salutem zelari cupientes ob eius anime et aliorum progenitorum nostrorum insuper nostrum et Karissimorum fratrum nostrorum *Ludwici et Stephani* remedium et meritum, quod exinde consequi speramus, predictarum libertatum gratiam approbandam duximus ac etiam innouandam.

In quorum omnium euidens testimonium atque robur presens Instrumentum prenotate Ecclesie dedimus nostri maioris sigilli robore communitum.

Datum et actum apud *wolfstein* anno domini M^o.CC^o.LXXXX. feria quarta proxima post Octauam festi Pentecostes.

Orig. auf Perg. Das Siegel abgefallen. K. baier. Reichsarchiv.

CXXXVI.

1290. 5. Juni. Burghausen. — *Die Brüder Janso und Otto von Ror treten ihre Rechte auf eine Hube im Dorfe Ranshofen an dieses Kloster ab, zum Behufe eines Seelgeräthes.*

Nos *Janso et otto fratres de Ror* notum facimus uniuersis presens scriptum (intuentibus), quod nos omne ius, quod nobis competeat in huba sita in *uilla Ranshouen*, quam *ulricus vitulus* a nobis tenens iure feudali nobis libere et uoluntarie resignauit, dedimus in remedium animarum nostrarum et progenitorum nostrorum ecclesie sancti Pancracii in *Ranshouen* ad procuracionem domini Ch. venerabilis prepositi ibidem. Ne igitur hec nostra donacio a successoribus nostris aequaliter ualeat minui uel infringi, prefate ecclesie et fratribus ibidem deo famulantibus presentem litteram sigillis nostris munitam dedimus in testimonium et cautelam. Huius rei testes sunt *Chunradus canonicus ecclesie mospurgensis*, *Chunradus miles dictus stalo*, *Hainricus zolnarius in purchusa*, *ainwicus gener suus*, *Hainricus notarius ahaimerii*, *Frater suus Neunhausarius* et alii quam plures uiri ydonei et fide digni. Acta sunt hec in *purchusa* Anno domini M^o.CC^o.LXXX. in die Bonifacii et sociorum eius.

Aus einem Pergament-Codex des 14. Jahrhunderts in der k. baier. Staatsbibliothek.

CXXXVII.

1290. 5. Juni. Burghausen. — *Ulrich Kalb bekennt, dem Kloster Ranshofen eine Hofstatt und einen Garten gegeben zu haben.*

Ego *Ulricus Vitulus* omnibus presens scriptum intuentibus cupio fore notum, quod ego de uoluntate et consensu filiorum meorum *Heinrici*, *Otonis* et *Eberhardi* aream et ortum meum situm in *villa Ranshoven* omni cessante conditione ad procuracionem Domini *Chunradi Prepositi* liberaliter tradidi Ecclesie Ranshovensi. Preterea noverint tam presentes quam posteri, quod ego receptis XII. talentis et dimidio mediam partem Hube site in Ranshoven, quam iure feudali a nobilibus de Ror habui, *Domino Jansoni et Ottoni de Ror fratribus* uoluntarie resignavi, sicut ipsi ius, quod eis in dicta Huba competierat, darent Ecclesie Ranshovensi, quemadmodum illi

fecerunt sine mora. Partem vero residuam pro conservatione prefate Ecclesie contuli Wernhardo, Alberoni, Engelhardo et Heinrico servis eiusdem Ecclesie. Qui eandem partem per manum meam pro LX. talentis usualis monete memorate Ecclesie obligarunt. Ne igitur donatio et collatio huiusmodi a quoquam minui valeat vel infringi, ipsam sub sigillo *Domini Chunradi Stalonis militis de Julbach* duxi presenti litera confirmandam. Actum Anno Domini MCCLXL. in die Bonifacii in *Burchusa*.

Mon. boic. III. 349.

CXXXVIII.

1290. 6. Juni. Passau. — *Bischof Wernhart gibt dem Propste von St. Florian die Erlaubniss, die Einkünfte der Pfarre Ried nach Abzug des anständigen Lebensunterhaltes für einen Vicar, zum Nutzen seines Stiftes zu verwenden.*

Nos *Wernhardus* dei gratia ecclesie *Patauiensis* *Episcopus* Notificamus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod nos multam honestatem *Monasterii sancti Floriani* martyris ordinis sancti Augustini nostre dyocesis attenta consideratione pensantes, quod videlicet diuino cultui, obseruancie ordinis ac hospitalitatis oneribus decentissime insistitur in eadem, ideoque dignum reputantes et iustum, vt prefatum honorabile monasterium fauoris prosequamur beneuolencia specialis. Venerabili fratri domino *Vlrico* preposito et fratribus eiusdem monasterii et eorum successoribus capituli nostri accedente consensu benigne concedimus, ut cedente vel decedente presenti Rectore Ecclesie Parrochialis in *Ryed* nostre diocesis, in qua ius obtinent patronatus, redditus et obuentiones eiusdem suis perpetuis vsibus applicent et adiungant ita, vt temporalium plena perceptione letentur reseruata tamen perpetuo seculari vicario congrua porcione, vnde possit salua sustentatione sua onera sedis apostolice ac legatorum eius ac eciam iura Episcopalia ceteraque canonice incumbencia congrue supportare, qui etiam vicarius ad presentationem eorundem prepositi et fratrum instituetur per episcopum eiusque iurisdictioni tam in Capitulorum frequentacionibus quam in aliis canonice subiacebit. Predicti etiam prepositus et fratres multam beneuolenciam per nos et Capitulum nostrum ipsis pluries exhibitam et impensam prouide attendentes pro se suisque

successoribus ex liberalitate propria promiserunt, quod dum noster, successorum nostrorum vel confratrum nostrorum *patauiensium* uidelicet canonicorum obitus ipsis innotuerit, pro nobis, successoribus ac confratribus antedictis missas, vigiliis aliasque propiciationes deo persoluant, quas pro suis facere confratribus consueuerunt, et nichilominus post nostrum uidelicet Episcopi obitum anniuersarium Depositionis nostre diem cum debita decencia peragant annuatim et prepositus, qui pro tempore fuerit, eadem die ad pitancias et consolationes vniuersorum confratrum monasterii de prouentibus ipsius Ecclesie amministret duas libras denariorum dicto die in vsus huiusmodi conuertendas. Quare in virtute sancte obediencie districtissime inhibemus, ne quis prepositus dicti monasterii confratribus suis vlllo vnquam tempore subtrahere vel diminuere audeat vel presumat consolacionem predictam. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, per nos et successores nostros se noverit de inobediencia puniendum. Nos etiam ad predictae concessionis ac etiam inhibitionis euidentiam et robur perpetuum presentes damus litteras nostri Capitulique nostri sigillorum munimine roboratas. Datum *Patauie* Anno domini M. Ducesimo Nonagesimo, VIII. Idus Junii.

Aus dem Original mit zwei hängenden Siegeln. Stiftsarchiv St. Florian. — Stülz, St. Florian 329.

CXXXIX.

1290. 11. Juni. — *Otto von Perneck gibt Leutolden von Wald einen Hof und eine Mühle zu Lorch auf, die er von ihm zu Lehen getragen.*

Ich *otte von Pernecker* tñn ehvnt mit disem prief allen, di in an sechent oder horent lesen, daz ich hern *Lertolden von Wald* han avf gegeben ein hof vnd ein Mol datz *Larich*, di er vor von mir het ze rechtem Lechen, also daz er mit mier vnd mit meinen erben furbaz nicht ze schaffen sol haben vnd ist daz geschehen mit meiner sñn *Otten* vnd *Gendachers*, di da pei waren, gñten willen vnd oveh mit saupt mier im habent gelobt, daz si sein gewern schvlen sein, swo im sein dñrft geschiecht. Daz des icht vergezzen werd oder daz dehain chrieg zwischen mir vnd im dar ymb werd, so gib ich im disen prief mit meinem insigel vnd gib im dar zñ di gezivg, di hie geschriben sint: *Hainrichen von Volchensdorf*, hern *Otten*

wolfstain, Albrechten von Hartzepach, Ditmar posach, Albrechten den wolfstain, wilhalm von Chersperch Ditrichen walich Heinrichen den Tobler vnd alle, di da pei sint gewesen vnd gesehen vnd gehört habent, vnd ist daz gescheehen nach vnsers hern gebôrd vber taysent iar vnd zwai hundert iar, an dem Nevnzigisten iar an sand barnabas tag.

Orig. auf Perg. Das Siegel hängt an einem Pergamentstreifen, — ein dreieckiger Schild, quer getheilt, aus dem untern Felde steigt der Panther auf, — genau wie das Wappen der Starhemberger. Die Umschrift herabgebröckelt. — Stiftsarchiv St. Florian.

CXL.

1290. 18. Juni. Salzburg. — *Conföderations-Urkunde zwischen dem Capitel zu Salzburg und dem Kloster St. Florian.*

Hainricus dei gratia prepositus et Archydiaconus, Fr. decanus Totumque Capitulum Salzburgensis Ecclesie Honorabilibus in christo fratribus vl. preposito E(inwico) decano Totique conventui domus Sancti Floriani Cum deuotis orationibus fraternam in domino karitatem. Exigente pie deuocionis affectu, quo diu ad nostre humilitatis fraternitatem feruentibus desideriis aspirastis, peticioni vestre nobis per dominum Leonem nostrum dilectum et honorabilem concanonicum presentate, benigno assensu duximus occurrendum Concedentes uobis honorum omnium, que fiunt in missis, oracionibus, ieiuniis, vigiliis, elemosinis et aliis piis operibus et sunt in antea in nostro Capitulo facienda, participacionem in vita uestra pariter et in morte. Eatenus eciam, ut aput nos post uestrum discessum nobis litteratorie insinuatum tantum pro uobis fiat, quantum pro nobis fieri consueuit. In cuius rei eternam memoriam presentes litteras uobis dedimus sigillo nostri Capituli consignatas Petentes, ut hee annis singulis in vestro conuentu senibus et iunioribus ostendantur, ne abyssus dysmentigacionis (sic) tam religiose opus absorbeat pietatis. Datum Saltzburge Anno domini M^o.CC^o.LXXX^o.XIII. Kalendas Julii.

Orig. auf Perg. Das Siegel, den heil. Rupert vorstellend, hängt an einem Pergamentstreif. Stiftsarchiv St. Florian.

CXLI.

1290. 19. Juni. Erfurt. — *König Rudolf verleiht dem Ulrich von Capellen den Hof Potendorf für eine Anleihe von 37 Pfund Pfennigen.*

*Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Alberto Duci Austriae et Styriae Principi et filio suo Karissimo nec non vniuersis presentes inspecturis gratiam et omne bonum. Ad vniuersorum memoriae notitiam uolumus peruenire, quod nos strenuo viro Vlrico Chapeller dilecto nostro fideli curiam in Potendorf tibi Duci filio nostro praedicto obligatam pro XXXVII. libris Wiennensibus remisimus et remittimus liberam et solutam, maxime cum praedictus *Ulricus* nobis per alveum *Danubii* descendantibus accommodauerit ipsam summam. Datum *Erfordiae*, XIII. Kal. Julii, Anno Regni nostri XVII.*

Kurz, Ottok. und Albrecht II. 208. — Auch bei Hoheneck III. 65.

CXLII.

1290. 4. Juli. Passau. — *Wernhart, Bischof von Passau, bestätigt die Beschlüsse und Vorschriften des Propstes zu Ranshofen bezüglich der Todtenfeier für gestorbene Klosterbrüder und Verwendung der Spitalzehente.*

Nos wernhardus dei gracia ecclesie patauiensis episcopus ad perpetuam rei memoriam scire uolumus uniuersos tam presentes quam posteros, quod uenerabilis frater noster dominus Chunradus prepositus ecclesie Ranshouensis in nostra constitutus presencia quedam statuta per eum et conuentum suum edita nobis in scriptis exhibuit petens nostre auctoritatis confirmari munimine, quorum tenorem presentibus inseri mandauimus in hec uerba: Nos Chunradus dei gracia prepositus et conuentus ecclesie Ranshouensis aduertentes, quod sancta et salubris est cogitacio pro defunctis exorare, quatenus a peccatorum oneribus eruantur. Decernimus ac irreuocabiliter constituimus, ut decedente fratre nostro presbitero uel dyacono uel alio sacerdote extraneo, quem deuocionis sue intuita fraternitatis nostre milicie duxerimus aggregandum, Ac corpore ipsius aput nos tradito ecclesiastice sepulture fratres ceteri sacerdotes pro humanitatis debito compassibiliter exequendo die sepulture

Orig. auf Perg. sehr beschädigt. Das Siegel verloren. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 566.

CXCVIII.

1293. 1. März. Wilhering. — *Heinrich von Inn, Domherr, Vitzdom von Passau und Dechant von Krems stiftet mit 19 Pfund Pfenningen jährlich eine Spende für die Armen im Spitale zu Wilhering.*

Pietatis et misericordie dinoscitur esse inditium manifestum, cum per elemosinam a peccatis absoluuntur anime defunctorum. Ea propter nos *Hainricus de Inna miseratione diuina Canonicus et Vicedominus ecclesie Patauiensis et decanus in chrems* Tenore presentium profitemur et notum fieri cupimus presentium. inspectoribus vniuersis, quod Quindecim librarum redditus denariorum Wiennensis monete in *Guntharstorf* et quatuor librarum redditus in *Teuffental*, quos (sic) nostra pecunia conparauimus, beate Marie

virgini et ecclesie in *Wilhering* tradidimus taliter ordinando, vt de quinque librarum redditibus duodecim pauperes in hospitali eiusdem ecclesie a septuagesima vsque ad octauas Pasche semel tantum in die pulmentis subscriptis nostro nomine reficere habeat abbas ecclesie memorate Ita, quod in quadragesima habeant quatuor fercula, videlicet olus, ordeum, pisam et glicerum et pro duobus pauperibus vnum allec, Extra quadragesimam vero tria fercula eiusdem generis lacte uel caseo condita et duos panes hospitem et pycarium cereuisie pro quolibet et in die cene domini quinque vlnas panni grisei pro tunica tribuatur cuilibet eorundem; ad quod plenius et liberius exequendum ordinauimus eidem abbati et ecclesie sue post mortem nostram de predictis redditibus duas liberas, de quibus cuilibet pauperum predictorum sunt duo caleei post nostrum obitum erogandi, in vita uero nostra, si ipsos caleeos dare poterit ipse abbas, sue conscientie duximus committendum et sic deputate sunt ad predictam elemosinam pauperum VII. libre Ita, vt, quitquid de eisdem super expensas eorundem ipsi remanserit, teneatur aliis pauperibus elargiri. Insuper ordinauimus alias duas libras reddituum, vnam pro consolatione conuentus et alteram in subsidium abbacie, vt de eisdem tam in vita nostra quam post mortem proxima feria secunda post dominicam, qua cantatur quasimodo geniti, noster anniuersarius dies et fratris nostri *Wernhardi* Et in vigilia beati *Mathie* apostoli patris nostri *Wernhardi de Inna* et matris nostre *alhaidis* Et in vigilia beate *Prisee* virginis fratris nostri *Engelschalci* et sororumstrarum *Brigide* et *Gertrudis* secundum consuetudinem ordinis peragatur. Hoc et iam sane memorie commendamus, vt, si ipse dominus abbas vel aliquis successorum suorum negligens extiterit in ipsis elemosinis et omnibus antedictis, extunc ad soluendum integraliter predictas VII. libras eodem anno ecclesie in *Fürstencello* erit iuxta tenorem sui priuilegii obligatus. Ceterum quod de aliis decem librarum redditibus, qui nobis remanent, sit ordinandum in alio instrumento, quod ipse dominus abbas a nobis habere dinoscitur, plenius est expressum. Vt igitur rata permaneant omnia supradicta, presentes litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas in euidentis testimonium et cautelam cum testibus subnotatis qui sunt hii: dominus *Hego venerabilis abbas de Fürstencelle*, frater *Marquardus ibidem*, frater *Chunradus Cellerarius*, frater *Vlricus Supprior*, frater *Otto* custos confratres ecclesie antedictae,

Fridericus notarius, Heinricus de ahleuten, Wernhardus de vreichaim, Heinricus et Chunradus famuli nostri et alii quam plurimi fide digni. Actum et datum in Wilhering Anno domini M.CC. nonagesimo tertio kalendis Martii.

Aus einem Copialbuche im Stiftsarchive zu Wilhering. — Stülz, Wilhering 567.

CXCIX.

1293. 12. März. Passau. — *Stiftbrief des Cistercienser Klosters Engelszell.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. *Wernhardus dei gratia Ecclesie Pataviensis Episcopus* omnibus imperpetuum. Sancta religio celestis pulchritudinis ymagini se conformans illud alacriter agit in terris, quod angelos exercere cognoscit in celis ludens in dei laudibus et tam mentium quam vocum dulci modulo iubilando, Dum per paupertatem voluntariam a se mundum et mundana libenter abdicat dumque per castitatem angelicam se supra carnem et ea, que carnis sunt, potenter eleuat dumque ponendo homines super capita sua motus proprios obedientie subiectione coartat, Apparet, quod observatores eius non ambulant cum animalibus gradientibus super terram sed potius admirante propheta volant ut nubes per aëra pennis uirtutum et contemplationis desideriiis eleuati. Hinc est, quod homines natura quidem fragiles sed celesti conuersatione sublimes congregantur in unum, prodeunt in altum, de nouo erecta Monasteria, altaria diuina consurgunt, augetur deuotio, dilatatur numerus deuotorum, cum illi tanquam vera mundi luminaria scintillas exemplares emittunt, famam spargunt, aromaticam suauitatem superne patrie quandam pregustationem amoris intimi preferentem. Hac igitur nos suaui inuitatione ac salubri imitatione prorsus inducti locum nostre diocesis, qui nunc *Egelcelle* dicitur, aptum esse credentes pro monasterio Cisterciensis ordinis construendo Primo ecclesiam ibi sitam, que tunc *Egelhartscelle* (sic) vulgariter vocabatur, a iurisdictione nostra et Pataviensis ecclesie tam quoad legem diocesanam quam ad legem iurisdictionis omnino absoluimus et imperpetuum exemimus cum suis capellis, decimis et aliis attinentiis quibuscunque Capituli nostri benigno accedente consensu ipsamque ecclesiam omni libertate potiri volentes, qua Cisterciensis ordinis

monasteria perfruuntur, obtulimus oblatione solempni vna cum foro Engelhartscelle prememorato ordini eamque incorporari procurantes eidem iure quoque filiationis *monasterio de Wilhering* subici nouellam nostram plantationem ordinauimus ipsam de cetero et eius consilio ac regimine secundum statuta Cisterciensis ordinis gubernandam. Ad quod tamen in illo loco construendum nos mouerunt cause alie rationabiles et motiue, quia, cum in illis partibus frequentius fuerint et sint ad inuicem discordantes, speramus, quod ingredientibus ad locum illum veris filiis vere pacis super eum pax domini de cetero requiescat.

Ad hoc cum ascendentibus versus *Patauiam* nec per longam vie distantiam, Hoc est inter *Euerding* et *Patauiam* honesti viri aliquod inuenirent hospitium nec pauperes receptaculum aut corporis alimentum sicque dieta illa nimis existente onerosa salubre prouidimus velut in medio spatio itineris habitaculum dei fieri, vbi possent capita transeuntium fatigatorum reclinari. Erit enim in illo loco fauente domino amabilis karissimorum fratrum nostrorum canonicorum Patauiensis ecclesie consolatio, Dum quandoque mundanis ad tempus carere volunt fatigationibus aut etiam in aëre salubri extra murorum ambitum iocundari, quia ibi et sancte contemplationis habebunt copiam et recreationis corporalis eis non negabitur a dei ministris, qui ubique in suis monasteriis omni affluunt karitate, quin immo duplici benedictione dulcorabitur illic eorum consolatio, dum et cibo reficiuntur corpora et corda gaudio infunduntur, considerantibus eis sic nouellam plantulam, que a suo consensu vigorem virtutis virtutemque vigoris accepit fauente domino pullulasse, quatenus apud eam sit liberalitas, gratia et refectio copiosa. Nec ammodo timere poterunt, quia eis quiescentibus vite ipsorum fratres Celle angelice velut astra matutina et tamquam filii dei iubilare non desinent sicque in predicta plantatione Ecclesia Patauiensis filios eterne deuotionis habebit, qui pro ea die ac nocte non cessabunt nomen domini collaudare. Quamuis autem canon permittat Episcopis, ut pro monasteriis de nouo fundandis possint canonicam, id est quinquagesimam inpendere portionem, Nos tamen sancte matris nostre Patauiensis Ecclesie rebus immobilibus parcere cupientes et ad diminutionem enormem earum nolentes extendere manus nostras prememorata foundationis nostre in Engelhartscelle necessitatibus de patrimonio proprio, quod ad nos ex paterna seu materna successione descendit, et aliis bonis

per nos ex causa emptionis et aliis iustis modis et titulis acquisitis sine enormi lesione immobilium Cathedralis Ecclesie intendimus fauente domino sufficienter ac liberaliter providere. Ut autem premissa robur obtineant perpetue firmitatis, presentes dedimus literas nostro et Capituli nostri sigillorum munimine roboratas. Datum *Patauie* Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo tertio beati Gregorii Pape.

Aus einem Copialbuche des Stiftsarchives Wilhering. — Stülz, Wilhering 569.

CC.

1293. 12. März. — *Das Capitel zu Passau genehmiget die Stiftung des Klosters Engelszell durch den Bischof Wernhart.*

Recogitantes nos hic civitatem non habere manentem sed expectare futuram, illam scilicet, de qua gloriosa sunt dicta, cujus omnes incolæ sunt quieti, in qua DEI facies in iubilo videtur, ubi cantant Sancti canticum lætitiæ ac iugis resonat iubilatio et vox laudis, confidimus in Domino nos eo facilius inter illa beata milia lætantium recipi et conscribi, quanto devotius divini cultus præconia procurabimus in hoc peregrinationis habitaculo dilatari. Cum igitur Reverendus in Christo Pater et Dominus noster Venerabilis *Pataviensis Episcopus* salubre propositum conceperit ad honorem gloriosæ Virginis Mariæ in loco, qui *Engelh(artselle)* dicitur, Monasterium Cisterciensis Ordinis de novo fundandi, nos eius religioso proposito cupientes adesse cooperatione fideli Ecclesiam Parochialem ipsius loci eidem novellæ plantationi, quantum in nobis est, damus et offerimus et ut ipse Dominus noster Episcopus eam suæ fundationi applicet ac pleno iure subjiciat, liberaliter consentimus sic, ut, si locus ille per DEI gratiam adeo coeperit pullulare, ut aliqui fratres conventum ibi faciant, eorum usibus deserviat et lege tam Dioecesana quam iurisdictionis exemptus libertate Cisterciensis Ordinis cum suis capellis, Decimis ac pertinentiis perfruatur.

B. Pez, Thesaur. Anecd. VI. II. 172.

CCl.

1293. 9. April. Wels. — *Friedrich, Abbt zu Kremsmünster und Weichart von Polheim, Landrichter ob der Ens, schlichten einen Streit zwischen dem Propste von Ranshofen und den Zöllnern von Hall*

Wir Abbe Friderich von Chremsmunster vnd weichart von Polnheim, Lantrichter ob der Ense Tyn chunt allen, deu disen brief ansehent, daz wir di sache, diu zwissen dem Brobst von Ranshoren vnd Otten vnd hainrichen den zolnaren von halle vber Eribreht vber pfenning gehandelt was vor gaistlichem vnd weltlichem geriht, von peder tail willen also frivntlichen haben geschaiden, daz der Brobst den vor genanten zolnaren geit vor pfingesten funf pfunt pfenning, vnd si von allem reht, von aller chlag steut vmb alle sache gegen dem Brobst von Ranshoven vnd gegen sinen litven vnd dar vber haben wir dis brief gegeben, versigelt mit vnserm insigel. Daz ist geschehen, do von christs purt waren vergangen Tovsent iar, zwai hundert iar, driv vnd Nivnzik iar dez pfinketags nah dem Ahtern tak nah oster date welse, da sint pei gewesen her ortolf von Polnheim, her Chunrat von chapelle, her Gundacher von Polnheim, her Rudiger von Radek, chorheren von pazzov, her chunrat holceman, her Seibrant von Geltinge, her hainrich von Alharting, her Rudolf schiver, her hainrich von Ahleiten vnd ander piderbe livt pfaffen vnd laien.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 133.

CCII.

1293. Im April. Wels. — *Ulrich von Truchsen verleiht den Kindern Sibrants von Gelting ein Lehen im Atergau.*

Ich Vlrich von Truchsen thun chunt allen den, di disen brieff lösen oder hören, daz jch daz grame lechen, als der Sybrant von Gelting von mir hat daz Honik in dem Atergew, han gelihen nach seiner bett seinen chinden Albern vnd Ditmaru vnd Gotfriden den chünden, di Er bi der lesten hausvrawen hat, di hern Gotfrids tochter ist von Pernawe vnd gib in daryber minen brief vnder minen Insigel zu vrchvnde vnd ze stete. daz ist geschechen zu Wels, da

van christi gepurte woren Tausent zweyhundert vnd Ninzich jar, in dem Dritten nach den Ostern.

Strein, geneal. Handschriften.

CCIII.

1293. 4. Mai. — *Gerichtsbrief des Vitzdoms bei der Rot, betreffend ein Gut zu Rosbach, welches einem Holden des Propstes von Ranshofen zugesprochen wird.*

Ich *Friderich der Sigenhaimer, Vitzthum bei der Rot* tun chunt allen den, di disen Brief ansehen oder hören lesen, daz *Chunrat der Notleich. Burger ze Braunaw mit Ainweich Burger ze Purchusen des Probsts Chunrad ze Ranshoven* mit einander chriegten umb ein *Hueb ze Rospach*, der sie paid jehen ze Lehen von den Roreræn, unt chommen mit dem Chrieg auf die *Shranen ze Puchkirch* mit samt den Roreren. Do sagt frag mit Urtail, iz sulten die Rorer der *Jans mit Hainrich unt Ott von Ror* in paiden einen gewegen Tag gegeben umb ir Chrieg, seint ir paid jehent Lehenhaft von in an demselben Guet ze Rosbach, unt geschech denn vor in, swas recht wær. Da gowen sie in paiden ainen gewegen Tag hintz *aufhausen* für ir man. Da behapt *Ainwaig* mit allen Recht diselben Hueb vor in boiden und verjohen im *Ainweigen* rechtz und auch der Lehenchaft unt nicht dem *Notleich* und gowen im darüber *Herrn Meingozsen von Ubrekchen* zu einem Scheinpoten auf die *Shrann* hintz *sant Peterschirchen* zu *Herrn Chunrat Richter*, daz er in gweltigt in des Gutz. Der gab zu im *Gebharten von Obgersperg* und satzten in *Ainweigen* von des Rorars wegen in Nutz und in Gwer und auch von des Richters wegen. Da sait *Chunrat der Notleich* vor meinem *Herrn Hertzogen Otten von Paiern*, im wer nicht wol geschen an sholichen Sachhen. Da gepot mir mein Herr der Herzog *Ott* datz *Oting* vleisslichen bei seinen Hulden, daz ich in einen anderen gemessen Tag gaeb hintz *Purchausen* und die Sach ze ent ausrichtet. Do gab ich in ein gewegen Tag hintz *Burchausen* des *Maentages* in Chreuzen und det ich *Chunraten* dem *Notleich* chunt mit mir selben unt gepot im bei meines Herr Hulden *Herzog Otten*, datz er den Tag sucht datz *Purchausen* unt welcher unter in daz Recht nicht suchet an demselben Tag, dem wert Pruch an seinem Recht. Des chom *Chunrat der Notleich* nicht unt versas daz Recht

vræveichen noch sant nieman an seiner stat, der in peret ehehafter not. Da pehapt *Ainweich mit Herrn Otten von Wald* unt mit *Herrn Meingossen von Ubrekchen* mit dem *Pochner*, die in Zeuges Gweis saiten auf ir Aid, daz Ainweg ganzen Recht hieten an dem Guet datz Rospach, und wart Ainweig mit Frag und mit Urtail desselben Guetes gesaetzet in nutz und in gwer unt wort ime ein Fronipot gegeben von mir unt von dem *Granns* Ainweigen ze gweltigen des-selb Güets. Unt daz der Sach also sei unt stæt beleib, gab ich ime diesen Brief versigelt mit meinem Insigel. Disen Sach ist geschehen, do von Christs purd warn tausent Jahr, Zwei hundert Jar, Dreu unt neuntzik Jar Des Maentages in Chreucen.

Monum. boic. III. 353.

CCIV.

1293. 10. Mai. **Baumgartenberg.** — *Der Abbt von Baumgartenberg und der Burggraf auf Werfenstein entscheiden, dass dem Kloster Waldhausen das Patronatsrecht der Kirche in Kreuzen zustehe.*

Serenissimo principi domino suo *Alberto, Illustri duci Austriae et Styriae, domino Egre et Carniole ac Portus naonis* frater R. Ordinis sancte Marie de Cystercio miseracione divina Abbas in *Paungartenperg* et frater *H. de domo Teutonicorum, Purgravius in Werbenstein* Cum indefessis obsequiis deuotas oraciones ad filium virginis gloriose. Mandatum vestrum nobis iniunctum super inquisitione iuris patronatus parrochialis Ecclesie in *Chrewtzen*, de quo contenditis, cum diligenti exsequenti sollicitudine in vos respicere id debeat seu Ecclesiam sancti Johannis in *Waldhausen* (sic), que sibi similiter hoc ius vendicat, iuris Auctoritate ergo vestre excellentissime minacioni presentibus declaramus, Quod nos ad facti huius veritatis euidentiam eliciendam viros Religiosos Plebanos, Ministeriales, Milites vestros et clyentes *tocius vestre prouincie in Machland* super habuimus requisitos sub iuramenti sacramento et gracie vestre obtentu, cui inquisitioni Reuerendus in Christo Pater et dominus P. venerabilis Abbas *sancte Crucis* ex casu superueniens interfuit, qui, qua diligencia religiosi et plebani, Ministeriales ceterique nobiles viri super hoc a nobis requisiti fuerint, audiuit. Quod vero sub iuramento ac gracie vestre sub obtentu protestati sint, per-

cepit nobiscum vniuersaliter a singulis et singulariter ab vniuersis. Requisitus ergo primo frater C. vir religiosus in *Paungartenperg* Cellerarius sub sancta obediencia dixit, ex certa se scire consciencia, ius patronatus Ecclesie in Chreutzen ad Waldhausensem Ecclesiam pertinere Jusque illud usque ad vestra tempora numquam prefate numquam (sic) ablatum fuisse Ecclesie, et adiunxit, quod *dux fridricus* pie recordacionis solum semel intercesserit, vt suo Cappellano prefata Ecclesia conferretur. Cuius precibus Prepositus in Waldhausen acquiescens contulit eam, sue tamen Ecclesie saluo iure. Insuper protestatus est, quod Ecclesia in Chreutzen (in) euidentis signum debite possessionis huius iuris patronatus persoluat annualem censum vsque in hodiernum diem, videlicet viginti metretas siliginis et totidem auene Ecclesie in Waldhausen. Item Requisitus *frater Chunradus Magister Conuersorum* protestatus est idem, Prior eiusdem loci in *Paungartenperg* requisitus protestatus est ex veridico auditu se percepisse idem. *Frater fridricus* requisitus protestatus est idem de certa conscientia se scire. Decanus Ardacensis requisitus protestatus est idem et alij quam plures fide digni, quorum tamen nomina propter breuitatem subticentur. Acta sunt hec Anno domini Millesimo CC^{mo}. LXXXIII^o, proxima dominica post Ascensionem domini in *Paungartenberg*.

Aus einem gleichzeitigen Pergament-Codex zu Windhaag.

CCV.

1293. 25. Mai. Linz. — *Ludwig, Herzog von Bayern, ertheilet auf die Bitte Dietmars von Lobenstein dem Ulrich von Capellen die Mitbelehnung des Schlosses Grünburg.*

Nos *Lvdwicus Dei Gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie* notum facimus presentium inspectoribus vniuersis, quod, cum dilectum fidelem nostrum *Dietmarum filium quondam fidelis nostri Sighardi de lobenstain* investiremus de feudis, quæ idem Sighardus pater suus a nobis in feudum tenuerat, que sunt *Castrum grunenberch*, Curia quædam Sita iuxta fluuium *Chremsam*, villa *Troyssendorf*, quædam vineæ in *Spitze* et quædam alia bona sita infra et supra *Anasum* fluuium ad Supplicem suam instantiam Dilectum fidelem nostrum *Vlricum ae Capella* cum eo inuestiuimus et inuestimus in

feudum de omnibus supradictis necnon pertinentijs eorundem per eos et hæredes suos cum suis pertinentijs antedictis quesitis et inquirendis in feudum habendis perpetuo ac tenendis. In cuius rei testimonium presentes Damus Sigilli nostrj robore communitas. Datum in *lintza* Anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo tercio VIII. kalendas junij.

Strein, geneal. Handschriften.

CCVI.

1293. 14. Junl. Wien. — *Volchmar von Gratz versetzt Herrn Friedrich dem Aelteren von Pettau das Gut in dem Schmeyr um 50 Mark löthigen Silbers.*

Ich *volchmar von Grätz* vergihe mit disem brieve vnd tûn allen den chunt, die in sehent, hõrent oder lesent, daz ich vnd min hovsfrowe fro *Chunegunt* meinem herren herrn *Friderich dem altern herren von Pettowe* gesatzzet han daz gût in dem *Smeyr*, daz ich von im ze lehen han vnd han im daz gesatzzet vmb fymfzich March lötiges silbers wiennisches gelõtes avf sant Merteinstach, der ny chymftich wirt. ist, daz ich in ovf den tach des selben silbers niht enwêr, so sol im daz selbe vor genant gût in dem *Smeyr* verstanden sein im vnd sinen erben. Vnd ist, daz ich min gût löse, so schol ich im daz selbe silber antwrtten ze Pettowe. Vnd daz ditz dinch Also stæte beleibe, des han ich im disen brief gegeben mit vrchvnde meines insigels vnd mit des gezevge: *Her Alber von Pûchaim, Her Gotschalch von werde, Her chûnrat von praitenvelde, Her Erekke von Swannberch, wólvel von dem Holermês, Herwort der iunge von Erenharsen* vnd ander biderbe levte. Daz ist geschehen vnd ist der brief gegeben ze *wienne* Nach christes geburt taysent iar, zwai hundert iar vnd in dem dritten vnd Nevnzigsten iar des Syntages vór sande veides tage.

Das Original auf Pergament, von dem Siegel nur mehr der Pergamentriemen übrig. Schlossarchiv Eferding.

CCVII.

1293. 6. Juli. *Wilhering*. — *Ulrich, Decan von Tauerheim schenkt dem Kloster Wilhering ein Almosen, vermachet ihm seine Bücher und erwählt sich daselbst seine Grabstätte.*

Nos *ulricus miseracione diuina Decanus in Tauershaim* attendentes, quod multa sit malicia hominum et adinuencio quam plurima plurimorum, volentes nostre consciencie et Ecclesie in *Wilhering* indempnitati pro nostris viribus prouidere, notum facimus vniuersis et voce libera protestamur, quod hylari mente, sano corpore, sensibus plene sanis elemosynam quandam vsibus fratrum eiusdem Ecclesie seruituram secundum quod in literis super hoc confectis sub sigillis venerabilium patrum de *Ebera de Lancheim, de Wilhering* abbatum et nostro plenius continetur, contulimus et in his scriptis libera donacione damus pure propter deum pro remedio nostre anime progenitorumque nostrorum animabus dictis fratribus perpetuo possidendam abrenunciantes in toto omni iuri vel inpeticioni, que super huiusmodi donacione nobis vel cuiquam alteri competere videretur; libros etiam nostros, quos eidem Ecclesie ex nunc prout ex tunc donacione libera tradidimus atque damus, volumus eidem Ecclesie plenarie remanere, Eligentes ex nunc pro nostra vltima voluntate in eodem monasterio ecclesiasticam sepulturam. In Cuius Rei testimonium euidens et cautelam presentes literas dedimus prefato monasterio in *Wilhering* et fratribus ibidem sigilli nostri robore communitas. Datum et actum in *Wilhering* anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo tercio in Octaua beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Orig. auf Perg., das Siegel verloren. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, *Wilhering* §71.

CCVIII.

1293. 24. August. *Passau*. — *Wernhart, Bischof von Passau versichert, dass dem Propate zu Ranshofen die Verwaltung des Erzpriesteramtes an seinen Pfarrkirchen bezüglich der Gerichtsbarkeit keinen Schaden bringen soll.*

Nos *wernhardus Dei gracia Ecclesie Pataviensis* (episcopus) tenore confitemur presencium, quod, cum dilectus in christo frater

noster dominus *Chunradus venerabilis prepositus Ecclesie Ranshouensis* a felicis recordacionis predecessore nostris et a nobis *archydiaconatum Maticensem* aliquamdiu tenuisset in commisso, idem tanquam vir prudens volens futuris periculis precauere peccit a nobis, quatinus sibi super eo cauere dignaremur, quod eo decedente vel viuo ab predicto archydiaconatu recedente Ecclesia Ranshofensis in parrochialibus Ecclesiis suis videlicet *Ranshoven, Pravnov, Nirnchirichen, Hæntenperg, Hohwerich* cum suis capellis et terminis sitis infra limites archydiaconatus Maticensis et exemptis ab omni iure archydiaconalij preiudicium euitaret, Nos suis iustis petitionibus inclinati eisdem Ecclesiis suis de certa scientia recognoscimus omnia iura sua, que eis conpecierunt ab antiquo et ex priuilegio speciali, super quo Ranshouensem Ecclesiam presentibus nostro sigillo munitis comunimus. Datum *Patauie* Anno domino (sic) *M^o.CC^o. Nonagesimo tercio, Bartholomej apostoli.*

Orig. auf Perg. mit einem hängenden Siegel von gelbem Wachse. Bischöfl. Consistorium zu Linz. — Mon. boic. III. 351.

CCIX.

1293. 15. September. Arldorf apud Vilsam. — *Altmann von Leowolfing gibt dem Kloster Ranshofen zum Ersatze für zugefügten Schaden ein halbes Pfund Gälten auf dem Hofe zu Petreichberg.*

Ego *Altmannus de Leowolfing* tenore presentium profiteor et constare cupio universis presentia inspecturis, Quod ego presente et consentiente *Altmanno filio meo* in recompensacionem dampnorum ac lesionum, que per me substinuit *Ecclesia Ranshovensis*, et pro salutis mee augmento eidem Ecclesie dedi et donavi in perpetuum annis singulis dimidiam Libram Ratisponensis monete de curia mea in *Pætrechperig* Census nomine primo et principaliter persolvendam tali duntaxat condicione interveniente, quod, cum ego vel predictus filius meus *Altmannus* pro recompensacione census prelibati Ecclesie Ranshovensi de proprietate nostra redditus dimidii talenti Ratisponensis monete infra *Thalbach* et *Rotam* absolute et libere dederimus, in futurum dicta curia in *Pætreichberg* ab impetitione Prepositi et Conventus sepedicte Ecclesie sit penitus absoluta. In cuius rei Testimonium evidens et cautelam tam ego quam filius meus prenotatus

sigillis carentes propriis presentem literam dedimus Ecclesie Rans-
hovensi sigillis Honorabilium virorum Dominorum *Friderici decani*
in Trustern, Ottonis militis de jahenstorf, Ulrici de Leowolffng
Patruī nostri communitam, cum quibus huius rei testes sunt *Pald-*
winus, Arnoldus de Fursteneck, Heinricus de mulwerch gener suus,
Chunradus de Indorspach, Ulricus ibidem, Fridericus Ostermann,
Ulricus filius Reinhalmi, Walchuinus de Chetendorf, Albertus de
Jahenstorf et alii multi. Datum et actum in *Arldorf apud Vilsam*
Anno domini MCCXCIII. in octava Nativitatis beate virginis.

Monum. boic. III. 355.

CCX.

1293. 20. September. Wien. — *Albrecht Herzog von Oesterreich verpfändet dem Ulrich von Capellen die Vogtei zu Achwinden.*

Wir *Albrecht von Gotes genaden herzoge von Osterich vnd von Steir, herre von Chrain, von der windichens marche vnd von Portenawe* veriehe vnd tuen chvnt allen Leuten, die disen brife sechent oder horent lesen, daz vnser liber getrewer *Ulrich von Chappelle* vns gelichen hat fūmphe vnd sibenzch march alter wiener wiennichs geletes vnd habe wir im dor vmbe gesast vnser vogtay daze *achwinden* inner dorfs vnd auzsers dorfs mit allem dem zins, der do von gehört, dez zwen vnd fūmphzich mezen habern sint vnd zwen vnd fūmphzich phenninge, vnd mit allem dem recht, als si pey alten zeiten her chomen ist in vnser gewalt pey vnsern vorvaren den fuersten von Osterrich, daz er dye selben vogtay, als siv benant ist, so lange inne habe zephande, vnze wir oder vnser nachomen im oder sein erben di vrogenante fūmphe vnd sibenzich march wider geben. auch gebe wir dem selben vlrichen den zins vmbe sein dinst, daz er den habe mit gueter gewissen an sunde vnd in auch habe mit vnserm gueten willen vnuerzalt, daz im sines hauptguetes, des wir im schuldige sin, do von nicht abge. dor vber gebe wir im ze einer stet vnd vrchvnde disen brif versigelt mit vnserm insigel. Der brif ist gegeben ze *wienne* an sand *Mathevs* abent, do man zalt von Christes gebuert Tausent zwaihundert zway vnd neunzich jar in dem nezstem jar dar nach.

Orig. auf Perg. Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

CCXI.

1293. 24. September. Wien. — *Albrecht, Herzog von Oesterreich, erneuert dem Kloster St. Nicola das Mautprivilegium Herzogs Friedrich II. vom 24. September 1240.*

Albertus dei gracia Dux austrie et Stirie, Dominus Carniole, Marchie et portus naonis Omnibus, ad quos presentes peruenerint, Imperpetuum. ueniens ad presenciam nostram venerabilis *Chunradus Prepositus ecclesie s. Nycolai in Patauia* quoddam priuilegium per illustrem quondam *fridricum ducem Austrie et stirie* predecessorem nostrum recordacionis inclite ecclesie sue predictae nec non fratribus domino famulantibus in eadem traditum et concessum nobis exhibuit petens humiliter et deuote ipsum sibi et ecclesie sue renouari et confirmari de nostra gracia speciali. Cuius quidem priuilegii tenor per omnia talis est. In nomine sanete et indiuidue trinitatis. *Fridricus dei gracia dux Austrie et Stirie et dominus Carniole* vniuersis Christi fidelibus salutem imperpetuum. Excellencia sublimitatis desuper nobis collate requirit, ut etc. (Siehe die Urkunde datum apud Medlicum am 24. September 1240.) Nos itaque memorati prepositi, quem vna cum ecclesia et couentu suo fauore speciali prosequimur, benigne precibus inclinati predictum priuilegium ipsis concedendum duximus et per singula innouamus presentis scripti patrocinio confirmantes. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc nostre concessionis et confirmacionis infringere paginam uel eidem ausu temerario contraire, Quod qui secus attemptare presumpserit, indignacionem nostram grauem se nouerit incurrisse. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigilli nostri robore fecimus communiri. Datum *Wienne* Anno ab incarnatione domini M^o.CC^o. Nonagesimo iij^o. VIII. kalendas Octobris.

Aus einem Pergament-Codex des 14. Jahrhunderts in der k. baier. Staatsbibliothek.

CCXII.

1293. 18. October. — *Leo Ritter von Warberg gibt der Kirche St. Florian den Hof Gogör gegen Abtretung eines anderen in der Nähe von Warberg gelegenen.*

Ego *Leo miles de Warperch* scire cupio vniuersos presentem paginam inspecturos, quod, cum tertia pars curie mee, in qua resideo, iuxta *warperch* ratione cuiusdam predii olim prope me positi et meis predecessoribus ad censum sexaginta denariorum dimissi ad ecclesiam *sancti Floriani* proprietatis titulo pertineret, de consensu heredum meorum feci commutationem cum ecclesia supradicta dando eidem pro proprietate sui pheodi mee curie adiacentis quoddam predium meum, quod *Gogör* vulgariter nuncupatur. Verum cum iuxta idem predium sibi traditum alias etiam habere uidear possessiones, promiserunt mihi idem prepositus et conuentus, vt, si quando ego vel heredes mei in alio loco sibi placito aliud predium melius vel saltem equiualens loco eiusdem dare decreuerimus ecclesie memorate, nequaquam nobis sint contrarii in hoc facto. Et ne super eadem commutatione lis vel questio in posterum oriatur, presentem litteram prefate tradidi Ecclesie sigillo proprio communitam, Testibus subnotatis, qui sunt *Dominus Ortolfus de Chersperch, Dominus Leutoldus de Wald, Dominus Otto Wolfstain, Heinricus Jacober, Heinricus tobler, Dietericus walich, Herwordus de Chremsdorf, Fridericus ad wagnern, Geroldus, wolfhardus de houelein, Fridericus de Riedorf* et plures alii, qui eidem facto interfuerunt, audiuerunt pariter et uiderunt. Acta sunt hec anno domini M^o.CC^o. Nonagesimo III^o. Luce ewangeliste.

Orig. auf Perg. Das Siegel hängt. Stiftsarchiv St. Florian.

CCXIII.

1293. 6. December. Burghausen. — *Janns und Heinrich von Ror Vettern geben dem Kloster Ranshofen zu einem Seelgeräthe eine Hube in Rossbach.*

Wir *jannse* vnd *Hainreich vetern von Ror* tun zewissen allen den, di disen prief anschehent, daz wier di hueb in *Rossbach*, di *ainweich der zolner* vom im hete zem rechtem lechen, diu vnsers

freies aigen was, hawen gegeben freileichen dem gotzhaus ze *Ranshouen* vns unt unsern uoruodern ze einem selgræt vnt glowen dem probst unt der sammung ze Ranshouen, daz wier in daz selbe guet schermen suln mit gwershafft vor recht, als recht ist, vnt gewen dar uber disen prief uersigelt mit vnsern insigeln. Dæz sint zeug *her wernher der probst uon oting, Her hainreich der pfarrer uon purchusen, her werntzel der mauter, meingoz uon vvreken, Fri. sein sun, Albrecht der chelner, vreich der cholb, Hainreich zolner, ainweich zolner* vnt ander piderb leut. Diser prief ist gegeben ze *purchusen*, do uon Christs purd worn vergangen Tausent iar, zwai hundert iar, dreu vnt nevnzig iar an sant Niklos tag.

Aus einem Pergament-Codex des 14. Jahrhunderts in der k. baier. Staatsbibliothek.

CCXIV.

1293. 16. December. — *Eberhart Gartner stiftet mit seinem Hause und Weingarten bei Krems einen Jahrtag zu Baumgartenberg.*

Ego *Eberhardus dictus Gartner* Cupiens salutis anime mee in antea providere duxi publice protestandum, quod de voluntate et consensu *Irigardis* coniugis mee necnon omnium heredum meorum domum meam et vineam annexam domui iuxta *Chrembsam Monasterio jn Pawngartenperg* taliter delegavi, vt videlicet post mortem meam et eiusdem coniugis mee eadem domus et vinea ad idem monasterium debeant absolute et libere pertinere jta, vt in meo et predictae uxoris mee Anniversario, jd est in die Beate virginis katherine de prouentibus predictorum medium talentum denariorum prefati Cenobij conuentui pro solacio ministretur. Ad cuius facti euidentiam atque Robur antedictam domum et vineam Venerabili domino *Rapotonni* supra dicti Monasterij Abbati coram Magistro montis simpliciter resignaui presentemque literam cum sigillo eiusdem Magistri montis scilicet domni *Rugerj quondam Judicis jn Khrembs* conscribi feci in testimonium super eo. Actum Anno dominj Millesimo ducentesimo Nonagesimo Tertio XVIIJ. Kalendas Januarij.

Aus dem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg v. J. 1511.

CCXV.

1293. 20. December. — *Agnes von Tegernbach gibt dem Abbe Chunrat von Wilhering einen Hof und eine Hub zu Hard für einen Hof zu Wallern.*

Ich *Agnes von Tegernbach* tun chvnt allen den, di disen brif sehent oder horent, di nu sint vnd noch chvnftich werdent, daz ich mit gütem willen vnd mit gantzer guist meines aidems *Hovgen von Morspach* vnd miner chinde *Chvnigunten*, *Dimuten* vnd *Perchten* vnd mit miner Oechem von *Boluhaim* vnd ander miner vrevnt rat dem erbern *Abt Chvnraten* vnd siner Sampnung ze *Wilhering* minen Hof vnd mein Hvb datz *Hard*, di *Vlrich von Cumpolting* ze sein aines leibe von mir ze lehen hat, mit rechter surciht mein selbs vnd mines aidems *Hovgen von Morspach* vnd aller miner chinde geben vnd verchauffet han also, daz daz vorgebant Chloster vnd die Sampnung von *Wilhering*, di got dinet, den vorgebant Hof vnd di Hvb datz *Hard* mit alle dev vnd dar zv gehoert, ez sei an acher, an wisen, an holtz vnd swi ez genant ist, versueht vnd vnersueht, in rechter aigens gwer, als ich vnd min vordern ez her gehabt habent, ledichlichen vnd ewichlichen besitzen vnd haben suln an allen chrig vnd sol ich vnd mein aiden *Hovch von Morspach* vnd minev chint des vorgebant Hofes vnd der Hvb datz *Hard* des vorgebant Chlosters vnd der Sampnung ze *Wilhering* gewer sein nach lants recht gein allen den, di sev vmb den vorgebant Hof vnd vmb di Hub datz *Hard* ansprechent, swa vnd swanne si sein bedurfen. So hat mir der vorgebant abt vnd die Sampnung von *Wilhering* vmb den vorschriben Hof vnd vmb di Hvb datz *Hard* ir Hof datz *waldarn* geben vnd als vil beraiter pfenning, daz si mir den Hof vnd di Hvb datz *Hard* habent gæntzlich vergolten, vnd sol ich den selben Hof datz *waldern* in rechten aigens gwer ledichlichen haben, als si in gehabt habent, an allen chrig vnd suln auch des selben Hofes datz *waldarn* mein gwer sein nach lants recht. Wer aber daz, daz imme (sic) ovf den vorgebant Hof vnd auf di Hub datz *Hard* spræch vnd bezzers rechts iæch vnd daz behabt, der geb dem Chloster vnd der Sampnung von *wilhering* hundert March lotigs silbers, vuer di ich in den Hof vnd di Hvb datz *Hard* nersetzt vnd geantwrt han, vnd antwrt in wider ir hof datz *waldarn* ledichlichen, als si in vor gehabt haben;

ze gelicher weis wer imme, der imme bezzers rehts iæch ovf den Hof datz waldarn vnd daz behabt, der geb mir hundert pfunt pfenning vnd eih sich zv dem Hof datz waldarn, vur die mir der vorgebant abt vnd die Sampnung von wilhering denselben Hof datz waldarn in mein gewalt geantwrt habent. Daz aber diser chauff vnd sein bestetigung stet vnd vnuerchert beleib, so gib ich dem vorgebant Chloster vnd der Sampnung von wilhering ze vrchunde disen brif versigelt mit mines vater Insigel hern *Wlfings von Tegennbach* vnd meim Insigel vnd meins aidems Insigel *Hovgen von Morspech* vnt bestetigt mit den Cevgen, di hie geschriben siut. Daz sint *her weichart, her Ortolf, her Heinrich, her philippe mein Oeheim von Bolnhaim, Heinrich von Schevnaue, Heinrich, Ott, Levpolt, Leupolt von Sluzzelberch* vnd ander bider levt genvech.

Ditz ist geschehen, do von Christes burd warent Tausent jar, zwei Hvndert jar vnd drev vnd Nevntzich jar vor weinahten an dem næchsten suntag.

Orig. auf Perg., die Siegel verloren. Stiftsarchiv Wilhering.

CCXVI.

1293. — *Christian Abbt zu Lambach verleihet an Ulrich von Anhang das Lehen Hohenperg, Weizenberg und den Hof auf der Hohenreut zu Erbrecht.*

Cum miserum genus mortale velud unda decrescens in mortem defluit, reuera necessarium iudicamus, ut actus nostros viua testium voce ac litterarum superstite testimonio obseruabilium solidemus. Pateat igitur, ad quos presentes peruenerint, christi fidelibus vniuersis, quod nos *Christianus* dei gratia abbas totusque Conuentus *Lambacensis ecclesie* viro discreto *Ulrico de anhang* et uxori sue *Juditte* et heredibus horum duorum consensu unanimo (sic) et assensu feodum *hohenperg* cum nemoribus et omniibus attineneciis, *weizenberg* cum silua et omnibus attineneciis cultis et incultis et Curiam *arf der hohenreut* contulimus iure hereditario possidendas (sic) ita tamen, quod annis singulis xxx^s. denarios wienensis Monete in Natiuitate beate virginis de predicta curia *hohenperg* soluere non permittant (sic), si vero mors, que nulli parcit, predictum vlricum et uxorem suam pretaxatam et heredes illorum duorum subtraxerit,

feoda pretaxata suorum heredum sine illa genitorum et illorum absque ipso genito (sic) iure plenario possidebunt, post mortem vero prefativilrici et uxoris sue Juditte Curia avf der hohenrevt pro remedio suarum animarum sine contradictione qualibet nostre ecclesie adhe-
rebit. Et ne tractatum nostrum per nos fauorabiliter concessum ali-
quis audeat obfuscare, presentes nostri sigilli ac conuentus sibi tra-
dimus in euidens testimonium et cautelam presentibus, qui aderant,
subnotatis: *Domino Herrando priore et H. plebano et Ottone, Griffone, Phylippo sacerdotibus, Laicis vero domino Grvdakero de storchnwerch, domino Ditmaro de Loh, Hilprando de asenhaim, Chunrado de sancto Georio et helmhardus frater suus, Hermannus de sancto Georio et filii sui wernhardus et helmhardus, Rudpertus de Chvnzing et ditmarus frater suus, Ortolf de obernhaim, wernher Raspo.*

Actum anno domini M^o.CC^o.LXXXX^o.IIJ^o.

Aus einem Codex im Stiftsarchive zu Lambach.

CCXVII.

1293. — *Christian Abbt zu Lambach verleihet an Leutolt den Sohn Mein-
hart's ein Lehen in Zeidlern.*

Notum sit christi fidelibus vniuersis, quod nos *Christanus* dei gratia abbas totusque Conuentus *Lambacensis* ecclesie *Levtoldo filio Meinhardi* consensu unanimitatis et assensu pheodum in *Ceidlorn maigen* dictum contulimus sub hac forma ita tamen, quod singulis annis et *Margarete* et eorum heredibus pro seruicio v. solidos, lx. pro steura, pro aduocacia xv., sex pullos, carradam feni, vj. carradas lignorum et quando prenominata seruicia non seruierint hora statuta temeraria (sic) negligentes, ab omni iure cadunt, si quo gaudent in feodo prenotato. Et ne aliquis tractatum nostrum quis contradicat, presentes sibi nostri sigilli ac conuentus donauimus consignatas, Testibus subnotatis: *Heinrico de rieht seniore, Heinrico filio suo Juniore, Heinricus caupo, Hagno, Otaker tevrwanger, pilgrimo nostro scolastico, Helmhardo de wang.* Actum anno domini M^o.CC^o.LXXXX^o.IIJ^o.

Aus einem Codex im Stiftsarchive zu Lambach.

CCXVIII.

1294. 11. Jänner. Wien. — *Werner von Schlierbach bezeugt, dass Ulrich von Capellen seinem Eidam Otto von Zelking 50 Pfund Pfeninge Heiratsgut geben soll.*

ICH *Wernher von Slierbach* tun chunt an disem brief allen den, di nu lebent vnd hinnach khünfftig sint, da ich bey dem taiding gewesen bin, da sich mein Vetter herr *otte von Celking herrn ludweiges Sun* mit herrn *Vreich von Chappell* sein Swecher also Verrichtet hat, daz er zu seiner tochter mein Vettern fünfzig Pfundt geltes geit vndd mein Vetter herr *Otte* noch sein Haussvroue noch jr Chint vürbaz mit herrn *Vreichs* gut von *Chappell* noch mit seinen leuten nicht zeschaffen sullen haben. diser red vnd der taiding bin ich gezeug vnd gib darüber disen brief ze vrchund mit meinem jusigel. der brief ist geschriben ze *Wienn* des nahsten Mentags nach dem Perichtag, da von Christes gepurt sint gewesen tausent zwayhundert Neunzig jar vndd hinnach in dem Vierden jar.

Strein, geneal. Handschriften. Oberösterr. ständ. Archiv. — Abgedruckt bei Hoheneck III. 857.

CCXIX.

1294. 2. Februar. — *Eberhart und Heinrich Brüder von Wallsee vereinigen sich über die Theilung ihrer Gülten (Schulden).*

Wyr *Eberhart vnd Hainrich prueder von walsse* veriehn vnd tûn ze wizzen allen den. di disen brief an sehnt oder heornt lesen, daz wier mit verdähtem muet alle vnser gult, di wier ze gehugnusse pringen mohten, getailt haben in zway tail an dise gult alain, di hie hernach beschaidenleich geschriben stêt, di haben wir pei ein ander vngetailt lazzen vnd doch mit solicher beschaidenhait, daz wier gelobt haben gegn ein ander, swelicher vnder vns paiden an islicher gult seinen tail vergiltet, der sol von der gult furbaz ledich sein vnd swaz schaden auf den andern halben tail darnach gêt, den schaden sol der ain haben, der des selben guetes gelter ist an daz der ander, der seinen tail vergolten hat mitsampt disem prueder

purgel sol sein vnd sol ouch im der Gelter davon an schaden helfen. Daz ist nu di gult, di wier vngetailt gelten suln: Des ersten der *glausingerinne* drêvzehn phunt an sehtzich pfenning, *Hern Hainreich vnd hern Prehtleyn vnder den Louben* drey vnd zwaintzich March silbers vnd vierzehn pfunt pfenning, den zwain pruedern *Goldsmiden* fuff Schillingen, vnserm Schuester ze *wyenne* Nivnt halben schilling, *Otten vnder den Louben* fuff pfunt, *Maister Perhtolden* driv vnd Nivntzich pfvnt, *hern Chunrat sunen von Eslarn* dritthalb pfunt, *dem fueterer an dem graben* Nivn schillinge an vier pfenning, *Otten vnserm vertigen wiert in dem hous* zwelif schilling, *Otten vnserm hivrigen wiert* vier pfunt an sibenzehn pfenning, *Purgeyn* zwelif schilling. *Agnesen in dem hous* driv pfunt vnd zehn pfenning, *Chûntat dem Vetzinger* drei March silbers, *hern Hiltprant von Scheonnawe* zway pfunt, *wehnhern dem Beheym* fuffthalb pfunt, *Eysach dem Juden ze wienne* vmb pellitz ahtedhalb pfunt, *Pentzen von Stayna* driv vnd sehtzich pfunt, *Chunraden von Alydorf* driv pfunt, vmb *hern Staynmars* pferft driv pfunt, *Hermanne in dem Tuern* fuff vnd zwaintzich pfunt, *friderich Muerrleyn* dreizzich pfunt, *hern walthern von Tanne* fufftzieh pfunt, *hern Chalkhoch von pernowe* ainsunzwahtzich pfunt, dem *Tungozinger* zwaintzich pfunt vnd viertzich pfenning, dem *Munizmaister ze Ense* Sehs pfunt an dreizzich pfenning, dem *Schueler ze Stayn* Ainsunzwahtzich schilling, Den *Greynern* ahtzehn schilling, *Hainrich ab der wyse* vier pfunt an dreizzich pfenning, dem *Greymstainer* sehs pfunt vnd sehtzich pfenning, *Hyerzen dem vischer* zwelif schilling, Daz dise rêd vnd daz gelubd von vns stet beleib, daruber haben wir disen brief schreiben haizzen ze vrchunde vnd bestetigt mit vnsern Insigeln. Diser brief ist geschriben nach Christes geburt Tausent iar, zway hundert Jar in dem vier vnd Neuntzkisten an vnser vrowen tach ze der Lichtmezze.

Das Original auf Pergament, von den zwei Hängesiegeln nur mehr die Pergamentstreifen übrig.

CCXX.

1294. 3. März. Wien. — Die Brüder Hadmar und Erchenger von Wesen geben dem Herzog Albrecht von Oesterreich einen Treue-Revers.

Wir *Hadmar vnd Erchenger bruder van wesen* veriehen vnd tven chvnt allen den, di disen brief sehent oder horent lesen, wan vnser herre der hohe fverst *hertzog albrecht van Osterich vnd van Steyr* vns vnd vnsern dienern van sinen gnaden gentzleich vergeben hat, swaz wir wider in vnd sinev lant getan haben, vnd vns des hat sin hvid vnd sin genade lalterlich gegeben, dar vmb loben wir im, daz wir vûrbaz, di weille daz wir leben, im vnd sinen chinden dienen wellen vnd svlen mit gantzen triwen, als ein dienstman sinem herren van rechte sol, vnd daz vnser herre der vorgebant hertzog vnser dienstes vnd vnser triwen dester baz inne werde, dar vmb loben wir, daz wir vnsern Tverne *ze wesen* antwurten sulen hern *Ortolfen van Polnhaim* vnserm ohaim oder siner bruder einem, ob er nicht enwere, den der hertzog dar zv nemen wil, der den selben Tvern inne hab an des hertzogen namen van ostern, di nv schierist chvmt, vber drev jar, also j-t, daz wir in den selben drin jaren icht tven wider den hertzogen oder wider sinev lant ovf wazzer oder ovf lant, daz wider vnser triwe oder wider vnser ere ist, so sol der Ortolf oder swer danne den Tvern inne hat, den selben Tvern vnserm herren dem hertzogen antwurten in sein gewalt. Ist aber, daz wir vns behalten in den drin jaren gegen vnserm herren dem hertzogen vnd gegen sinem lant vnd nicht entven ovf wazzer oder ovf lant, daz wider vnser triwe sei, so sol man vns, als di dre jar ende habent, vnsern Tvern wider antwurten, wer ovch, daz wir icht ander dinge teten, di vns nicht an vnser triwe giengen, dar vmb sol vns vnser herre der hertzog einen tach vûr in geben vnd gebieten vnd dar vber van vns nemen vnd tven daz recht als van anderm sinem dienstman. daz ditze also van vns stete beleibe, des haben wir vnserm herren dem hertzogen vnser triwe gegeben vnd haben di ze den hailigen geswaren stete zebehalten vnd geben dar vber ze einem vrchvnde vnsern brief mit vnsern jnsigeln versigelt. Der brief ist gegeben *ze wienne* an dem abschtage, da van Christes gebvrd waren Tavsent zwaj hvndert jar vnd vier vnd nevzich jar.

Orig. auf Perg. mit zwei weissen Siegeln. K. k. geh. Hausarchiv.

CCXXI.

1294. 12. März. — *Joseph von Steyr gibt die Hälfte eines Hofes zu Streblitze nach seinem Tode dem Chunrat von Plesse, die andere Hälfte verkauft Gottschalk der Gug demselben.*

Iz sol chvnt sein allen den, di disen prief hörent, lesent vnd sehent, daz her *Joseb von Steyr* vnd *Gotschalich des Gvcen* syn pei der *Steir* habent einen Hof vnd ein Lehen da pei vnd sind paidev aigen vnd haizet (sic) datz *Streblitzze*, den selben hofe sol der *Joseb* haben, di weil er lept, nach seinem Leben hat er den selben Hofe halben gegeben mit guetem willen sinen erwen *Chvnraten von Plesse* vnd siner *Havsvrowen Elspeten* vnd ir paider erwen ze heistewer, daz ander halftenteil an dem vorgebant hof vnd daz Lehen da pei daz hat der vorgebant Chvnrat gechauffet im vnd siner *Havsvrowen* vnd ir paider erwen von *Gotschalihen dem Gugen* mit guetem willen siner *Havsvrowen Breiden* vnd ir paider erwen mit so getanem glubde, ob imen nach disem güt spreche mit erbchapht, der sol Chvnraten vnd siner *hausvrowen* vnd ir paider erwen geben fvnzke phvnt winner phenning, da ist iz fuer sein satzzvng. Diser prief ist bestetiget mit disen insigeln, dev hie anhangent, hern *Chvnrates von volchenstorf*, hern *vleichts von Tuersendorf*, hern *Josebes*, hern *Marchartes des Schechen*, *Gotschalichs des Gvcen*. des sind gezevge her *hainrich Prevhavcn*, her *Ditmar von Türsendorf*, her *Ditmar von Schachen*, *perholt Scheche*, *hainrich von Stadel*, *Pernger von Syrnich*, *Rvdel vnd wulvich von Penditten sen*, *Mendel der Pelzze*. Ditzze ist geschehen nach Christes gepurtt vber tausent iar, zwai hvndert iar, in dem vier vnd Nevtzgistem iar des vreitages ze Chottember in der vasten.

Orig. auf Perg., drei Siegel. Klosterarchiv Garsten.

CCXXII.

1294. 18. März. *Kremsmünster*. — *Johann von Rohr gibt aus Rene und zur Sühne des dem Gotteshause Kremsmünster zugefügten Schadens, demselben den halben Zehent von zwei Höfen bei Rohr.*

Ego *Johannes de Ror* Notum facio omnibus presencia inspec-
turis, quod, cum aspirante eo, qui dissimulat peccata hominum prop-

ter indulgenciam, dictante conscientia recognoscerem, et me et meos progenitores Ecclesiam in *Chremsmünster* multiformiter offendisse, vt diuino examini iustam et debitam mihi subtraherem vlcionem, a domino *Friderico* tunc abbate et tota congregacione sum piis supplicacionibus de commissis in eos veniam consecutus, ob remedium nichilominus anime mee et progenitorum meorum, receptis ab eis decem talentis denariorum wiennensium et vno modio auene, dimidiam partem decime de duabus Curiis meis circa *Castrum Ror*, qui (sic) vvlgo dicuntur *Datz den Stadeln*, cuius pars altera ad predictam Ecclesiam spectare dinoscitur ab antiquo, de bona voluntate et consensu *Heinrici* filii mei, ad manus predicti domini abbatis et ego et idem filius meus resignauimus in restaurum, ab eadem Ecclesia iure perpetuo possidendam, promittens ex nunc, quod ab eiusdem Ecclesie offensis volo, cooperante mihi dei gratia, de cetero omnibus modis abstinere, quin immo omni deuocionis genere honori et profectui supradicte Ecclesie effectiuis exhibicionibus, quoad vixero, propensius inseruire. Et vt hec mee donacionis collacio perpetuam obtineat firmitatem, nec ab aliquo liberorum aut coheredum meorum conatibus valeat infirmari, presenti karte meum Sigillum duxi pro testimonio appendendum, Testium, qui interfuerunt, nominibus subnotatis, que sunt hec: *dominus Ortoolfus de Pollhaim, dominus Seibrandus de Gelting, dominus hermanus de Egendorf, vtricus Ruffus, vtricus et Tristramus de aich, Bernhardus de ableiten* et alii quam plures. Datum in *Chremsmünster* Anno domini M.CC. Nonagesimo Quarto, XV. Kalendas Aprilis.

Urkundenbuch von Kremsmünster. Nr. 134.

CCXXIII.

1294. 27. März. — Zeugnis des Burggrafen Wichart von Polheim, des Richters und der Bürgerschaft von Ens, dass Dietmar Posach die halbe Mühle zu Lorich an St. Florian geschenkt habe.

Nos *Wichardus de Polnheim Castellanus Anesi Ciuitatis, Heinricus Laufner* et *Vtricus dictus vumfchircher iudex* Totaque vniuersitas ciuium ibidem scire uolumus uniuersos, ad quos peruenit presens scriptum, quod *Ditmarus dictus Posach* mediam partem sui molendini in *Lorich*, quod non, ut asseruit, successione here-

ditaria, sed conuencione pecuniaria conquisiuit, tradidit per manus *Heinrici de Husendorf ius Salmanni* super idem habentis omnibus nobis audientibus et uidentibus *Ecclesie sancti Floriani* proprietatis titulo perpetuo possidendam et hoc Principaliter propter deum et ut prebenda vnus sacerdotis sibi pro uite sue tempore ibidem debeat ministrari, Condicionem nichilominus hanc apponens, vt, siquis heredum suorum huiusmodi donacioni sue pro sola sustentacione corporis sui facte forsam contradicere presumpserit ipsumque molendinum ex integro possidere affectauerit, debeat eandem medietatem pro triginta talentis wiennensis monete in sancto die Natiuitatis domini ab Ecclesia redimere memorata. Et quia idem Molendinum in districtu nostre uidetur positum ciuitatis, ad petitionem dicti Posaci dedimus prefato monasterio super donacione sibi facta nostras testimoniales litteras Sigillis nostris Castellani uidelicet et Ciuitatis cum annotatione testium communitas. Testes itaque sunt Dominus *Wichardus de Polnheim*, Dominus *Heinricus Laufner*, *Heinricus de Husendorf*, *Ditmarus Posacus de Hag*, *Otto dorfmaister*, *Ditericus De Hungirsperg*, *Vlricus super Cellari*, *Teimo* cum aliis potioribus ciuibus ciuitatis, *Heinricus tobler*, *Ditericus walich*, *Herbordus de Chremsdorf* et plures alii, qui eidem facto interfuerunt, audiuerunt pariter et uiderunt. Acta sunt hec Anno domini M^o.CC^o.XC^oIII. in die sancti Rudberti Episcopi.

Orig. auf Perg., zwei hängende Siegel. Stiftsarchiv St. Florian.

CCXXIV.

1294. 30. Mal. — *Revers des Propstes und Conventes zu St. Florian, den Jahrtag für Dietmar Posacher und seine Gemalin, den er mit der halben Mühle zu Lorch gestiftet, zu vollbringen.*

Cum dubia et fragilis uita mortalibus sit tributa, necesse est, ut quilibet in presenti statu anime sue prouideat taliter in futurum, ut pro uita transitoria uitam interminabilem emeretur. Proinde nos *Vlricus* diuina miseracione *prepositus*, *Einwicus Decanus* totusque Conuentus *domus sancti Floriani* scire uolumus uniuersos presentis pagine inspecturos, quod, cum *Ditmarus dictus Posacus* ob anime sue salutem Ecclesie nostre medietatem molendini sui, quod ciuitati *Anesi* cantiguum adiacet, proprietatis titulo tradidisset de consilio

amicorum suorum suiue filii Salzburgensis canonici, statuit ordinando, ut post obitum suum de eodem molendino vnum talentum denariorum distribuatur perpetuo inter fratres, Nosque versa uice eidem duximus promittendum, ut eo suisque vxoribus domine *Margarete* et domine *Gertrude* (sic) in uno die simul conscriptis anniuersarium ipsorum ea deuocione annis singulis celebremus, quem ad modum in anniuersariis nostrorum facere consueuimus sacerdotum. In cuius facti memoriam presentem litteram sibi dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Datum anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Quarto Tercio Kalendas Junii.

Orig. auf Perg., zwei an Pergamenstreifen hängende Siegel. Stiftsarchiv St. Florian.

CCXXV.

1294. 7. Junii. Salzburg. — *Indulgenzbrief des Bischofes Heinrich von Brixen für St. Florian.*

Hainricus dei gratia Episcopus Ecclesie Brixinensis vniuersis christi fidelibus presens scriptum intuentibus Salutem in omnium saluatore. Cupientes christi fideles quibusdam muneribus illectiuis indulgenciis scilicet et remissionibus ad pietatis et deuocionis opera inuitare, vt exinde reddantur diuine gratie aptiores, Omnibus vere penitentibus, de peccatis suis contritis et confessis, qui ad Missam beate virginis in *Ecclesia sancti Floriani* Patauiensis dyocesis causa deuocionis conuenerint, decem dierum Indulgentiam de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli confisi suffragiis in domino misericorditer relaxamus, dum tamen ad hoc consensus dyocesani Episcopi accesserit et voluntas. Datum in *Salzburga* VI. Idus Junii Anno domini M^o.CC^o. Nonagesimo Quarto.

Orig. auf Perg., das an einem Pergamentstreifen hängende Siegel verloren. Stiftsarchiv St. Florian.

CCXXVI.

1294. 18. Junii. Salzburg. — *Indulgenzbrief des Erzbischofs von Salzburg und der Bischöfe von Chiemsee und Lavant für die Kirche zu St. Florian.*

Chunradus dei gracia sancte Salzburgensis ecclesie archiepiscopus, apostolice Sedis Legatus vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Salutem in eo, qui est omnium vera salus.

Cupientes christi fideles quibusdam muneribus illectiuis, indulgentiis scilicet et remissionibus ad pietatis et deuotionis opera inuitare, vt exinde reddantur diuine gracie apciores, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui Monasterium *sancti Floriani* Ordinis sancti Augustini Patauiensis dyocesis in anniuersario dedicacionis et per octauam accesserint, annuatim Quadraginta dies, qui vero misse beate virginis, que cottidie ibidem celebrari consueuit, interfuerint, viginti dies de iniuncta ipsis penitencia misericorditer in domino relaxamus. Nos quoque *Albertus Chiemensis et Heinricus Lauentensis dei gracia ecclesiarum episcopi* Omnibus vere penitentibus et confessis, qui dictum Monasterium sancti Floriani in anniuersario dedicacionis et per Octauam, vt premittitur, accesserint annuatim Quadraginta dies, qui vero misse beate virginis, qui cottidie ibidem celebrari consueuit, interfuerint, decem dies singuli misericorditer in domino relaxamus, dummodo dyocesani consensus accesserit et voluntas. Datum *Salzburge* anno domini Millesimo CC^o Nonagesimo quarto, XIII. kalendas Julii.

Orig. auf Perg., die drei Siegel hängen an Pergamentstreifen. — Stiftsarchiv St. Florian.

CCXXVII.

1294. 19. Juni. — *Revers des Propstes und Conventes zu St. Florian, den vom Pfarrer Konrad von Ried mit dem Gute Cud gestifteten Jahrtag zu halten.*

Nos *Vlricus* diuina miseracione *prepositus*, *Einwicus decanus* Totusque Conuentus *domus sancti Floriani* tenore presencium ad noticiam omnium uolumus peruenire, quod dominus *Chunradus sacerdos, quondam plebanus in Ried* considerans presentis uite statum transitorium volensque anime sue memoriale procurare perpetuum, quoddam predium dictum super *Cêd in Riedmarchia* comparauit, tradens id ipsum ecclesie nostre proprietatis titulo perpetuo possidendum, condicione tamen huiusmodi adiecta, ut infirmarie nostre procurator eodem predio in suam prouisionem recepto, omnes prouentus eiusdem sibi pro uite sue tempore debeat exhibere solo natiuitatis domini excepto seruicio, quod antedicto infirmario pro laboribus suis cedit. Ipso uero domino *Chunrado* uiam uniuerse carnis ingresso prouisor infirmorum prouentus dicti predii annis singulis distribuere teuebitur equaliter inter fratres. Qua consolacione

percepta celebrare tenemur anniuersarium suum perpetuo, quemadmodum unius de consorcio sacerdotis. Et ut promissum huiusmodi sibi inuiolabiliter obseruetur, presentem litteram sibi dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Acta sunt hec anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo quarto In die sanctorum Martirum Geruasii et Prothasii.

Orig. auf Perg., die Siegel des Conventes und des Propstes hängen an Pergamentstreifen. — Stiftsarchiv St. Florian.

CCXXVIII.

1294. 8. Julii. — *Heinrich von Oed entsagt zu Gunsten des Klosters Baumgartenberg zur Stiftung eines Seelgeräthes dem Kaufrechte, welches er auf dem Hofe in Langenacker gehabt hatte.*

In nomine domini Amen. Cum in humanis actibus sic plerumque memorie obliuio preiudicet, vt, quod temporaliter agitur, simul cum tempore dilabatur, Necesse est, vt, quod ab hominibus geritur, Scripture testimonio perhennetur. Ego igitur *heinricus de Ód* cupiens de Rebus a deo collatis michi in celeste Gazophilacium saluberrimam reperire porcionem, duxi publice protestandum, quod super curia sita in *langenacker*, in qua jus proprietatis *Monasterio in Pawngartenperg* iusto titulo competere diuoscitur ab Antiquo, sic videlicet, quod in signum eiusdem proprietatis eidem monasterio de eadem Curia Quadraginta denarij dari Annis singulis consueuerunt, omnem censum, qui ad Jus, quod uulgo kaufrecht dicitur, tam in denarijs quam in alijs quibuscumque de predicta michi Curia competebat, cum voluntate et consensu heredum meorum prefato cenobio per Manualem resignacionem ob anime mee remedium libere erogauit, quod ex nunc et in antea prefatum cenobium eundem censum in suis vsibus teneat et Annuatim in Natiuitate Beate Marie Virginis percipiat pleno jure hac condicione, vt post mortem meam in Anniuersario meo de censu predicto fratribus seu Conuentui Monasterij antedicti plenum seruitium Annis singulis ministretur. In cuius facti euidentiam atque robur hanc litteram cum Sigillo meo dedi Monasterio supradicto. Testes sunt *Wernhardus de Ruspach, Hartmudus de Smida et Vlricus filius eius, Bezelo de Erbing, Vlricus et Leutoldus fratres de Mütterberch, Marquardus de Osterwerch, Vlricus*

Hauser, Ortolfus de Chersperch, Heinricus de Winthag, Heinricus Inntzinger, Fridericus Trachter et alij quam plures. Actum Anno domini Millesimo ducentesimo Nonagesimo quarto, Octauo Ydus Julij.

Aus dem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg v. J. 1511.

CCXXIX.

1294. 14. August. — *Wernhart Bischof von Passau bewilligt auf die Bitte Abero's von Puchheim, welcher die St. Aegidikirche zu Veklabruck zur Conuentualkirche zu erheben gedenkt, dass ein Chorherr von St. Florian als Verwalter des Spitals und der Pfarre Schöndorf eingesetzt werde.*

Wernhardus dei gratia Patauiensis Ecclesie Episcopus omnibus christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Peticionibus pro augmentando cultu diuino et pro confouenda iusticia rationabiliter nobis oblati tanto fauorabiliores nos haberi conuenit, quanto verius eius propiciationem et gratiam, cuius in hac parte negocium agitur, obtinemus. Sane cum dominus *Albero de Prochaim* patrum suorum honoraturus sepulchrum sibi que facturus perhenne remedium secus hospitale in *vechlaprek* a piis progenitoribus olim fundatum Conuentualem ecclesiam diuina suffragante clemencia fundare intendat, nobis ad memoriam sollicite reuocauit, quod sui felicitis recordacionis progenitores memoratum hospitale cum adiacente sibi barrochia aliisque suis pertinentiis vniuersis *Ecclesie sancti Floriani* de nostrorum predecessorum consensu et consilio tradiderunt, vt videlicet fratres predictae domus deberent eadem tam in temporalibus quam eciam in spiritalibus regulariter perpetuo gubernare. Et quia quidam prepositorum ipsius Monasterii ad idem hospitale et barrochiam longo tempore a suis fratribus antea procurata quosdam postmodum presentauerunt clericos seculares commissione sibi facta taliter abutendo, Prefatus *Albero*, ut salubre suum propositum eo facilius optato posset effectui mancipare, deuocione nobis humili supplicauit, vt quod in eiusdem hospitalis et barrochie dispendium factum esset minus prouide per prelatos, prouida sollicitudine et paterna benignitate reuocare et corrigere dignaremur concedendo videlicet denuo prouisionem dicti hospitalis et barrochie Monasterio antedicto. Nos vero pie deuocioni ipsius annuere cultumque ampliare diuini nominis exemplo patrum precedentium cupientes,

tenore presencium duximus statuendum, ut cedente uel decedente presenti Rectore in *vechlaprvk* prepositus et Conuentus prefati Monasterii nullum de cetero secularem clericum ad eam presentare debeant set eidem propriis fratribus prouideant, quemadmodum hactenus facere consueuerunt vtiles ibidem instituendo et inutiles remouendo, prout Ecclesie uiderint expedire, Predicto *Alberoni* nichilominus indulgentes, vt iuxta sui desiderii conceptum in eodem loco Collegium instituat, eidem de *domo sancti Floriani*, ad cuius dispositionem et hospitale et barrochia spectare uidentur, Canonicis regularibus prouidendo. Et ne quispiam successorum nostrorum possit infringere de cetero huius priuilegii nostri racionabilem concessionem, presentem paginam ipsi Monasterio super hoc traditam sigilli nostri inpressione fecimus insigniri. Acta sunt autem hec Anno domini Millesimo CC. Nonagesimo Quarto. XVIII. kalendas Septembris.

Orig. auf Perg., ein Hängesiegel. Stiftsarchiv St. Florian. — Stülz, St. Florian, 331.

CCXXX.

1294. 15. August. — *Wernhart Bischof von Passau bestätigt einen Gütertausch Otto's von Lonstorf mit dem Kloster St. Florian.*

Nos *Wernhardus dei gratia Patauiensis Ecclesie Episcopus* vniuersis tenore presencium scire damus, quod, cum *Otto de Lonstorf* Ecclesie nostre ministerialis haberet a nobis pheodali titulo duo predia super monte, qui *Maizze* dicitur, situata, eadem cum preposito et conuentu *domus sancti Floriani* pro duobus aliis prediis in villa *Chremsdorf* sitis accipiens ea loco priorum a nobis in phevdum commutauit. Quam utique commutationem ratam habentes, dedimus memorate Ecclesie presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini Millesimo, Ducentesimo, Nonagesimo, quarto. XVIII. kalendas Septembris.

Original auf Perg. Hängendes Siegel. Stiftsarchiv St. Florian. — Stülz, St. Florian 333.

CCXXXI.

1294. 20. September. Ranshofen. — Propst und Convent zu Ranshofen *reversiren wegen eines Seelgerüthes, das der Dechant Wolfker von Passau in ihrem Kloster gestiftet.*

Quoniam actio temporalis a memoria hominum faciliter labi solet, nisi robur sumat a uoce testium et a scripto, hinc est, quod nos *Chunradus dei gratia Prepositus* Totusque Conuentus Ecclesie *Ranshovensis* vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris scripti huius testimonio fieri volumus manifestum, quod Reverendus in christo Pater et dominus *wolfkerus venerabilis Decanus Ecclesie Patauiensis* inspecto iesu Christi amore et intentus salubriter ac prouidenter anime sue salute (sic) deuota maturitate preanticipauit sua remedia nolens in mortis articulo aliqua rerum sollicitudine pregrauari, ex quibus uult et dei gratiam preuenire et conscientiam suam ab omni rerum onere absolutam sincerissime conseruare, beato igitur Pancratio in Ranshouen et fratribus ibidem deo famulantibus xii. libras Patauiensis monete in remedium anime sue tali tradidit condicione, ut ex Tali condonatione vnum Talentum reddituum comparetur ac in suo anniuersario per vigiliis et missas eius apud nos memoria perpetuo deuote atque celebriter peragatur et quod ipso die fratribus specialis consolatio ex huiusmodi prouentibus ministretur. Quamdiu uero uixerit, ex donatione huiusmodi in festo beati Michaelis vnum talentum Patauiensis monete, si necessitate ingrvente sibi a nobis requisierit, eidem dabitur singulis annis qualibet contradictione postposita et remota; post obitum uero suum eosdem redditus ad nullum habendo respectum possidebimus absolute. Ad hec temporibus uite sue in die beati Mauricii et sociorum eius sibi exequias per vigiliis et missas deuotas (sic) debemus facere annuatim pro solutione dicti talenti et quandocumque ipsum talentum a nobis requisierit, ipso anno exequie iam premisse non habentur, cum uero habentur in diebus uite sue ac si funus ibi presens esset, debet fieri bona consolatio fratribus ipso die et xii. pauperes, qui dicuntur hausdwrfting, eo die debent specialiter consolari panibus atque cibus. Et ne suum deuotum et fidele remedium imposterum alicuius possit venire in dubium, presentem litteram sigillo Ecclesie atque nostro fecimus diligencius roborari sibi in testimonium euidens et cautelam.

Huius rei testes sunt *dominus Fridericus Decanus in Tivfter, Magister Samson, Hainricus notarius* et alii fide digni. Datum et actum in *Ranshouen* anno domini M^o.CC^o.LXXXVIII, in vigilia beati Mathei apostoli et Ewangeliste.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln. K. baier. Reichsarchiv.

CCXXXII.

1294. 21. September. — *Ulrich und Leutold von Mitterberg mit ihrer Sipp-
schaft verkaufen dem Abbe Chunrat von Wilhering den Hof zu Hunzenbach.*

Wir *Vlrich* vnd *Leutold* bruder von *Mitterberch* tun chunt allen den, (di) disen brif sehent vnd horent lesen, di nu sint vnd noch chunftich werdent, daz wir vnd vnser Hovsvrowen *Christen* vnd *Christein* vnd mein *Vlrichs* von *Mitterberch* chint *Chvnrat*, *Vlrich*, *Durich*, *Marquart*, *Alhait*, *Wilbirch*, *Elspet*, *Offmei* mit verdahtem mut vnd mit gutlichem willen nah vnser vrevnt rat vnd mit ir gantzer gunst haben ze chauffen geben dem erbern *abt Chvnraten* von *Wilhering* und siner Sampnung vnser vreis aigen den hof datz *Hvncenpach*, der vns von vnsern voderen an erbet, vnd haben den vorgenanten hof datz *Hvncenpach* wir vnd vnser Hovsvrowen vnd vnser chint, als vor benant sint, mit alle dev vnd dar zv gehört, ez sei an acher, an wisen, an holtz vnd swi ez genant ist, gestift vnd vngestift, versucht vnd vnersucht dem vorgenanten abt von *Wilhering* vnd siner Sampnung redlich vnd getzlich aufgeben mit rechter furcht vnser vnd vnser Hovsvrowen vnd vnser chind also, daz den vorgenanten hof datz *Hvncenpach* mit alle, vnd dar zv gehort, swi ez benant ist, daz vorgnant Chloster vnd di Sampnung ze *Wilhering* in rechter eigens gwer, als wirs von vnsern voderen gehabt haben, ledichlich besitzen vnd haben suln verbaz an allen chrig vnd mugen in auch wol geben ledichlich, swem si wellent, vnd suln wir vnd vnser Hovsvrowen vnd vnser chint, als vorgenant sint vnd di wir noh gewinnen, des vorgenanten hofs vnd alles dez dar zv gehort, des Chlosters vnd der Sampnung ze *Wilhering* gewer sin vür alle vnser erben vnd gein allen all, di sev vmb den vorgenanten hof ansprechen, swa vnd swanne si des bedurfen, nah lants reht an alle ir chlost. Daz dieser chauf vnd disev bestetigung stet vnd vnerchert ewichlich belib an allen chrig, des geb wir dem vorgenanten Chloster vnd der Samp-

nung ze Wilhering disen brif versigelt mit vnserm insigel vnd mit vnser vrevnt insigel Hern *Hertnitz* vnd hern *Rvdels von Liechtenwinchel* vnd hern *Hertwicks von Strahen* vnd bestetigt mit den zewgen, di hi benant sint, daz ist *her Hertnid vnd Rudolf von Lihtenwinchel*, *her Hertwich Strahener*, *her Hertneid der Druhsetz*, *Seybot sein bruder*, *Ortolf von Alharting* vnd ander piderb Levt genuchden diser chauf chvnt ist. Ditz ist geschehen, do von Christes geburd waren Tausent jar, zwai hvndert jar, in dem vir vnd Nevntzichsten jar an sant Mathees tag.

Orig. auf Perg., fünf hängende Siegel. Stiftsarchiv Wilhering.

CCXXXIII.

1294. 8. October. Wien. — *Albrecht Herzog von Oesterreich etc., verschreibt dem Ulrich von Wallsee und seiner Gemalin Elisabeth 600 Pfund Pfeninge als Heiratsgeschenk und überlässt ihnen dafür die Einkünfte von 6 Dörfern.*

Nos *Albertus dei gracia dux Austrie et Stirie, Dominus Carniolie, Marchie ac Portusnaonis* presentibus profitentes scire cupimus vniuersis, Quod nos fidelis nostri *Vlrici de Walsé* comodis et profectibus fauorabiliter intendentes sibi et *Elizabeth* vxori sue pro subsidio Matrimonij ipsorum Sexcentas Marcas denariorum Grecensis Monete damus liberaliter et promittimus nos daturus; Sed cum ad manus nobis non sit prompta pecunia, obligamus nos eisdem vlrico et *Elizabeth* coniugulibus pro Sexaginta Marcarum denariorum monete prediete redditibus villas videlicet *vrenowe, Maius Lebul, Grezneustorf, Zesmerstorf, Medwestorf* et *Gebrechstorf* tenendos tam diu, donec de predictis Sexcentis Marcis denariorum per nos aut successores nostros antefati vlricus et *Elizabeth* vel heredes ipsorum fuerint expediti. Dantes has literas sigillo nostro munitas in testimonium euidens super eo. Datum *wienne* VIII. jdus Octobris Anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Quarto.

Original auf Pergament, das Hängesiegel verloren. — Schlossarchiv Eferding.

CCXXXIV.

1294. 13. November. — *Revers des Propstes und Conventes zu St. Florian, den von Ulrich von Sinzenberg mit zwei Gütern zu Wiestrach gestifteten Jahrtag zu halten.*

Nos *Vlricus* diuina miseracione *prepositus*, *Einvicus Decanus* Totusque *Conuentus Domus sancti Floriani* scire volumus vniuersos presentis pagine inspectores, quod *Vlricus de Sinzenperge* vir prouidus et honestus in bona ualitudine sui corporis, accedente etiam consensu vxoris sue domine *Perihle* nec non omnium heredum suorum legauit Ecclesie nostre pro remedio animarum suarum, sui uidelicet et vxoris sue prefate ac omnium antecessorum suorum duo predia secus *Barrochiam Weiztra* sita VII solidos minus x. denarios annuatim soluencia, proprietatis titulo perpetuo possidenda, Tali condicione, ut quam diu diuina elemencia sibi et vxori sue presenti concesserit frui vita, census annum, x uidelicet denarios nostro *Infirmario*, cui de eisdem prediis ordinare licebit, annis singulis pro signo proprietatis soluere teneantur. Si autem alter eorum vinculis carnis fuerit dissolutus, *Magister Infirmorum* vnum predium continuo sibi uendicabit. In cuius etiam anniuersario prouentus eiusdem predii distribuet inter fratres superstite predictum census de predio residuo nichilominus exhibente, vt autem ambo uocante domino viam carnis ingressi fuerint vniuerse, memoratus *Infirmarius* de vtroque predio se protinus intronittet Et facta inter fratres distribucione premissorum denariorum dies anniuersarii ipsorum pariter conscriptorum celebrabitur, quemadmodum vnus de *Consortio sacerdotis*. Quod si forte per negligenciam aliquam fieret pretermisum et ad exhortacionem heredum suorum vel *Consanguineorum* suorum correctio differretur, senior heredum suorum tanto tempore sibi tenebitur eadem predia vsurpare, quoadusque negligencia prehabita fuerit emendata facta quoque emendatione nichil iuris heredibus suis amodo competit prediis in eisdem. Et ne super huiusmodi donacione Ecclesia nostra molestiam siue calumpniam aliquam in posterum paciatur, presentem litteram sibi dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratam Testibus annotatis, Qui sunt *Dominus Heinricus de volchenstorf*, *Dominus Livtoldus de Walde*, *Dominus Otto*, *Arnoldus*, *Albertus de Wolfstain*. *Albertus de Walde*, *Richerus Zwichel*, *Vlri-*

cus Junior de Sinzenperge Et plures alii, qui eidem facto interfuerunt, audiuerunt pariter et uiderunt. Acta sunt hec Anno domini Millesimo CC^o. Nonagesimo III^o. Ydus Nouembris.

Orig. auf Perg., die Siegel des Conventes und Propstes an Pergamentstreifen. Stiftsarchiv St. Florian.

CCXXXV.

1294. 15. November. *Ebilsperch*. — *Wernhart Bischof von Passau erlaubt, dem Kloster Wilhering den Fruchtgenuss des Zehentes zu Lebrorn, der Kirche zu Passau lehenbar, bis zur Einlösung zu übergeben.*

Nos *Wernhardus dei gratia ecclesie Patauiensis Episcopus* tenore presentium profiteamur, quod, cum fidelis noster *Heinricus de Radekk* decimam fructuum in *Lebrorn* dependentem a nobis et ab ecclesia nostra Patauiensi fevdali titulo, a nobili viro *Dietrico de Chirchling*, qui eam a nobis in feodum tenuit et a quibusdam *ciuibus Telnensibus*, qui eam a predicto Diterico in feodum tenuerunt, pro centum talentis denariorum vsualis monete extraxisset sic, quod eisdem iuri suo sponte in manibus nostris reuertentibus nos easdem decimas in ipsum transtulimus titulo fevdali. Ipse *Heinricus de Radekk* saluti sue volens consulere petiit a nobis, vt nostre voluntatis consensus accederet, ut usufructum eiusdem decime pro quorundam pauperum sustentatione *Wilheringensi ecclesie* donare posset sic, vt eandem pro centum talentis volumus redimere, facultas nobis pateat redimendi (sic) et hoc circa Natiuitatem domini, quando moneta Wiennensis cursum valoris communis obseruat. Nos itaque petitionibus suis annuentes in hac parte vsum fructuum predictae decime de sua voluntate et ipse de nostro consensu donauimus predictae ecclesie in *Wilhering* salua nobis redimendi facultate eandem pro centum talentis in subsidium dictorum pauperum conuertendis secundum conditionem superius appositam et adiunctam. Datum et actum *Ebilsperch* anno domini M.CC.LXXX quarto Martini confessoris. In cuius rei testimonium presentes dedimus literas nostro Sigillo munitas.

Aus einem Copialbuche des Stiftes Wilhering. — Stülz, Wilhering 572.

CCXXXVI.

1294. — *Bertholt, Graf von Hardeck und seine Gemalin Wilbirg schenken dem Kloster Wilhering das Patronatsrecht der Pfarrkirche zu Teras.*

Ea, que aguntur in tempore, cum labilitate temporis simul elaborantur, nisi literarum apicibus ac testium subscriptione fuerint perhennata. Hinc est, quod nos *Bertholdus comes de Hardecke* et dilecta consors nostra domina *Wilbirgis* matura et bona liberatione (sic) prehabita ob reuerentiam dei et augmentum salutis animarum nostrarum et progenitorum nostrorum religiosiis viris sancti cenobii ordinis Cisterciensis in *Wilhering* ius patronatus, quod habere videbamus et nobis conpetebat in *ecclesia Teras*, donauimus libera voluntate et pure propter deum totum ius nostrum ex nunc in ipsos transferentes. Et ut hec nostra donacio integra et sine calumpnia aliqua firma perseueret, hanc literam nostris sigillis munitam conscribi fecimus cum testibus subnotatis, qui sunt *dominus Leutoldus de Chunringe*, *dominus Ortlibus de Winchelberch*, *dominus Chvnradius de Capella*, *dominus Herbordus de Simoningen*, *Siboto dictus castenerius ciuis in retza*, *Petrus dictus de insula* et plures alii fide digni. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M.CC.LXXXXIII.

In einer Anmerkung des Copialbuches zu dieser Urkunde steht: Jus indebite usurpauerat, nam colonorum esse advocatus volebat et vicarios nostros decertabat installare.

Aus einem Copialbuche des Stiftes Wilhering — Stülz, Wilhering 573.

CCXXXVII.

1294. — *Ortneid der Thanberger bestätigt die Stiftung des Marchart am Perg zu einem Scolgeräthe in dem Kloster Schlägl.*

Ich *Ortneid der Thanberger* wirgich (sic) allen den, di disen brief sehent oder horen lesen, di nu lebent vnt her (sic) chunftig sin, daz *Marchard abmperg* dazze *widersod* zechs sillingin gelst, di er zrechtim lehen vom mir ghabt hot, mit meiner hant vnt mith meim guten willen dem *gotzhaus daz im zlag* ezuem zelgereth hot gegeben vnt di ubrigin zeczik phening gult dazelbst zwidersod hot onch gezeczith dem vorgnatem *gotzhaus* mit meiner hant wr vierdhalb pshunt Pazzower phening seiner havsfrowen ezuem zelgereth. Darüber gib ich disen brief dem oft gnautem *gotzhaus* dazt dem *zlag*

wirinsigilt mit meim Insigil. Der ist geben, da won Cristes puerd worin Tausent Jar Czweihundert Jar, in dem vierden vnt nevnezig-einstin Jar. Dez sein gtzeug *Chalhoch der valchestainer, her hainreich abmperg, Ot vnt Irmfrid won Olaspach, vernhart vnd vtreich won poxruk, vtreich der puhler.*

Orig. auf Perg., Siegel beschädigt. Stiftsarchiv Schlägl.

CCXXXVIII.

1294. — *Havv von Rutenstein gibt eine Hube auf dem Hard dem Gotteshause zu Baumgartenberg zu einem Seelgeräthe.*

Ich *Havv von Rutenstain* (Reichenstein?) offen vnd vergich an disem brief, das ich dem *Gotzhaws zu Pawngartenberg* gegeben hab ein hub, die haist *auf dem hard*, für zwelff Schilling gültt, der geyt man Sechs schilling in Sand Jörgentag vnd Sechs schilling zu dem lesten vnnsrer frawentag, dieselben hub hau ich demselben gots-haws lediglich aufgegeben vnd hat sy in nucz vnd in gewer mit allem dem Recht, als ich sy vnd mein vorderen herbracht haben, auf die Red, das man von derselben gültt meines lieben vatter herren *Poppen vnd dietreichs* meines brueder Jartag an Sand Veitstag daz dem vorgenanten gotsbaus sol begeben also, das man von dem vorgenanten guet an demselben Jartag der Samnung datz Pawngartenberg ein vollen dienst geb all jar. Vnd darumb das ditz geschefft stet beleib vnd vnzebrochen Ewicleich, gib ich dem vorgenanten gotzhaws zu einem ewigen Vrkund disen brief versigelten mit meinem Insigil. Des sind gezewgen *der hartmut von dem Stain vnd der Vlrich sein Sun, der hainrich von Ud vnd der heinrich sein Sun, der gotschalch von Vlacheneck, der Ortolf von Chersperg, der dietreich von Awe, der Vlrich von dem haws, der herweich von dem holtz, der betzel von arwing, der Lewtold vnd der Vlrich von Mitterberch, der Chunrad des hawser sun, heinrich von Winthag, heinrich der Imzinger*, darzu manig frum man pediu Rewter vnd auch knecht. ditz ist geschehen, da von cristes geburd ergangen waren Tausent vnd zwaihundert vnd vier und newtzig Jar.

Aus dem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg v. J. 1511.

CCXXXIX.

1294. — *Christian Abbt zu Lambach verleiht einem gewissen Helmhart ein Lehen in Winkel zu Erbrecht.*

Notum sit christi fidelibus vniuersis, quod nos *Christanus* dei gratia abbas totusque Conuentus *Lambacensis* ecclesie communi consensu et assensu nostri capituli *Helmhardo* et uxori *Margarete* et suis heredibus feodum in *winchel* contulimus iure hereditario possidendum ita tamen, quod singulis annis in Natiuitate beate virginis lx. denarios pro seruicio et quatuor pullos pro stevra, lx. denarios proxima feria quarta post Epyphaniam domini et xv. denarios in iure aduocatie duos pullos in Carnispruio soluere non permittant. (sic.) Et ne tractatum per nos fauorabiliter concessum aliquis audeat obfuscare, presentes sibi conscribi fecimus nostri sigilli ac conuentus in euidens testimonium super eo Testibus, qui aderant, subnotatis: *Heinrico viehter seniore, Ekharde de Otstorf, pater suus Meinhardus, Otaker tevrwanger, Pater suus dominus Chunradus, Christianus filius suus, dominus chunradus Holzman, Heinricus filius suus, Helmhardus in wang, Magenso.* Acta sunt hec Anno domini, M^oCC^o.LXXXIIIJ.

Aus einem Codex im Stiftsarchive zu Lambach.

CCXL.

1294. — *Christian, Abbt zu Lambach, verleiht einem gewissen Bertholt ein Lehen in Prantsteten zu Erbrecht.*

Notum sit christi fidelibus uniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos *Christanus* diuina miseracione abbas totusque conuentus *Lambacensis* *perhtoldo* et uxori sue *Sophie* et omni posteritati illorum feodum in *prantsteten* superius animo bono et consensu vnanimi capituli contulimus iure hereditario possidendum hac condicione interposita, quod ipsi annis singulis de eodem feodo pro seruicio in Natiuitate beate virginis xl. denarios et pro steura culture xx. denarios, pro aduocatia v. et yj. pullos soluere non obmittant. Et ne tractatum nostrum per nos fauorabiliter concessum vllus audeat uel debeat enigrare, presentes sibi conscribi fecimus in euidens testi-

monium super eo Testibus, qui aderant subnotatis. Actum anno domini M^o.CC^o.LXXXX^o.IIII^o.

Aus einem Codex im Stiftsarchive zu Lambach.

CCXLI.

1294. — *Christian, Abbt zu Lambach, verleiht einem gewissen Chunrat ein Gut auf dem Tannberge zu Erbrecht.*

Humanum genus in mortem defluens desiderat, vt acta sua debeant firmiter constare integraliter et perfecte. Pateat igitur omnibus presentem litteram inspecturis, Quod nos *Christianus* dei gratia abbas Totusque conuentus *Lambacensis Ecclesye Chunrato* et vxori sue *Juditte* et suis successoribus contulimus predium in *monte Tann* iure hereditario possidendum ita tamen, quod in vero seruicio jn Natiuitate beate virginis dimidiam libram denariorum, jn stevra triginta, decem in vectura vini, jn aduocacie x. et vj. pullos annis singulis soluere non permittant (sic.), Vera voce protestantes, quod *Ortolfus* cum omnibus suis amicis remisit jus, quod indebite sibi vsurpabat in feodo prenotato. Et ne aliquis nostrum tractatum per nos fauorabiliter concessum aliquis (sic) adtemptauerit enigrare, presentes sibi litteras conscriptas nostri sigilli ac conuentus tradidimus super eo Testibus, qui aderant, subnotatis: *Wernhardus Officialis, Heinricus viechtarius senior, Vlricus in Mair Lambach, ditmarus suus fratruelis, Vlricus suus fratruelis, Wernhardus suus fratruelis, Chvnradius Miles Holtzman*. Acta sunt hec Anno domini M^o.CC^o. Nona-gesimo quarto.

Aus einem Codex im Stiftsarchive zu Lambach.

CCXLII.

1295. 7. Jänner oder 9. December. — *Die Aebpte von Ebrach und Fürstenzell übernehmen im Namen des Cistercienser-Ordens die Stiftung von Engelszell aus der Hand des Stifters.*

Nos fratres *Hermannus de Eberac et Hugo de Cella Principis dicti Abbates* Ordinis Cystericiensis Notum facimus omnibus, quibus nosse fuerit opportunum, Quod, cum nobis a nostro Generali Capitulo Cystericiensi commissa fuisset inspectio et incorporatio *Abacie in Cella Angelorum*, quam diuina gracia inspirante Reuerendus in

christo pater dominus *Wernhardus Ecclesie Patauiensis Episcopus* in honorem Gloriose virginis Marie et anime sue suorumque progenitorum deuotum remedium fundauit in suo dyocesi, Nos ad ipsum patrem et dominum Patauiensem Episcopum primum venientes, deinde eius ad dictum locum vidimus situm Loci amenissimum, aquarum decursibus irriguum, (sic) Ecclesiam partim lapideam et partim ligneam sufficientem, domibus et aliis edificiis necessariis et ordinatis sufficienter edificatum. Repperimus (sic) dictum Monasterium dotatum bonis temporalibus, agris competenter bonis pro duabus araturis (?) et Nemoribus, Pascuis, Pratis sufficienter ipsi loco. Preterea inuenimus dictum locum habere in Redditibus annuis Centum libras denariorum patauiensis monete tam in annona quam in denariis, que faciunt CL. libras denariorum paruorum Turonensium. Insuper habet Sex vineas pro sufficientia abbatis et XII. personarum. In Rebus Vero mobilibus dicta fundatio nunc habet de parata pecunia pro Construendis Muris et edificiis dicte abbacie Octingentas libras patauiensium denariorum, que faciunt MCC. libras Turonensium paruorum. Insuper habet Quinque Calices argenteos, duos equos, Quatuor boves, viginti vaccas, Centum Oves. In libris etiam et aliis ornamentis Ecclesie sufficientiam competentem. Perpendimus eiam euidenti bus indiciis Loci prefatum in christo patrem et dominum Patauiensem Episcopum memorati Loci (?) fundatorem circa promotionem et dilationem prenotate sue fundacionis feruentissimum et intentum. Quibus omnibus diligente consideratione inspectis, ut prescriptum est, fideliter et pensatis ac iam dicto fundatore requirente humiliter et petente dicti monasterii incorporationem fieri Ordini nostro ipsum monasterium auctoritate Generalis Capituli nostro Ordini incorporauimus et incorporatum recepimus abbatemque et Conuentum sumptum (?) de *Ecclesia Hylariensi* ad ipsum monasterium introduximus venerabilemque abbatem de Hylaria patrem et visitatorem iam dicti monasterii ordinantes et instituentes, secundum quod ordinatum fuerit in Capitulo generali. In quorum omnium testimonium et notitiam euidentem presentem literam sigillorum nostrorum appensione et munimine roboramus. Datum anno domini Millesimo Ducesimo Nonagesimo Quinto in die Juliani Episcopi et confessoris.

Orig. auf Perg. mit dem noch hängenden Siegel des Abtes von Fürstentzell. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 574.

CCXLIII.

1295. 21. Jänner. Ranshofen. — *Heinrich von Ror gibt das Eigenthum der Hube zu Velwen in der Pfarre Tarstorf zu einem Seelgerüthe nach Ranshofen.*

Ich *Hainrich von Ror* tun chvnd allen den, di disen prief ansehend, daz *Hainrich von Tarstorf* mein aigenchleich húb daz *Velwen* in *Tarstorfer pharre* von mir svnderlichen zu lehen het, di selben hub het ouch ze lehen von im *andre* des goteshauses aigen man ze *Ranshoven* vnd gab derselb *andre Hainreichen* von *Tarstorf* zwelif phvnt *Saltzburger*, daz er mir an derselben húb sein lehenschaft aufgæb ledichleichen, vnd gab mir *Andre* sein lehenschaft auch auf durich des goteshauses willen ze *Ranshouen* vnd stunden bed ledichlich vnd vreilich von derselben hub, di *Hainrich* von mir het vnd *Andre* von *Hainrichen* also, daz ich di selben húb, di vreilich mein svnder aigen waz, di selben aigenschaft gæb hintze *Ranshouen*, da gab ich sei satzehand vreilich vnd ledichlich, versucht vnd vner sucht, ze holtze vnd ze velde di selben húb ze *Velwen* an allev ansprach vnd an alle widerred sand *Pangrecin* vnd seltz (sic) auf sein altare mit gutem willen meiner hovsvrowen vnd auch meines swechers hern *Ortliebes von Walde* vnd gabs dem probst vnd conuente ze *Ranshouen*, di got da dinent, ewichlichen zv einem vrein selgeræt mir vnd meinem vater vnd meinem bruder *Otten* vnd aller meiner afterchvnfte, daz man da von vnser iarzeit dester vleischlicher begen sol alle iar vnd auch han gelobt der selben hub daz *Velwen* gwer sein des goteshauses ze *Ranshouen*, als recht ist, fvr allev ansprach, wan ich mich verzigen han meiner aigenschaft an der selben hub daz *Velwen* fvr mich vnd fvr mein Hausvrowen vro *Margareten* vnd fvr alle mein geriven, ob ich di gewinne. daz daz vor genant mein selgeræt dem goteshouse ze *Ranshouen* beleibe an allen chrieg in nutze vnd in gever vnd auch beleib vnd vnzerbrochen, (sic) han ich gegeben der somnvng vnd dem goteshuse ze *Ranshouen* dar vber disen brief ze einer sicherhait vnd zv einem vrchvnde disen brief (sic) versigelt mit dem insigel meines herren hern *Hainrich von Schovncerch* vnd mit meinem insigel vnd sind des zeuch *Marquard der scholmaister des Grans chind*, *Her Meingoz von vbræchen*, *Hainrich von tarstorf*, *Hartman der Stal*, *Hainrich der seltzperger*, *Hainrich der Hüber*, *Hainrich der probst des Rorer*, *Ortel des*

chamerer svn, Ludwich der hofmaister, Wernhardus cholwel, Hainrich von vbrechen, Otto von hüb vnd ander ewerig lævt vnd ist daz geschehen, do von christes geburte warn ergangen tausend iar vnd zwai hvndert iar, in dem fvnf vnd nevzigstem iar an sand Agnes tag ze Ranshouen auf dem chore.

Orig. auf Perg, mit zwei Siegeln. K. baier. Reichsarchiv.

CCXLIV.

1295. 10. Februar. — *Siboto Locher, Bürger in Teckendorf, entsagt seinen Rechten auf Güter in Loch.*

Notum sit vniuersis presencia inspecturis, quod ego *Siboto Locharius Ciuis in Teckendorf* jus meum in bonis *Loch* viris ydoneis et discretis videlicet *judice Vlrico, Heinricho sartore, Lxepoldo, Chunrado filio Perili ... Ingramo, Gervngo* et pluribus aliis fide dignis nostre ciuitatis ciuibus pocioribus presentibus in manus domini *Sibotonis viceplebani Ecclesie in Sebach* manifestius resignauit (sic) Anno inquam domini M^o. CC^o. Nonagesimo Quinto scolastice virginis.

Aus dem Pergament-Codex von St. Nicola im k. baier. Reichsarchive, Schrift aus der zweiten Hälfte des 13. Jahrhunderts.

CCXLV.

1295. 13. Februar. — *Ulrich Rotenmoser verkauft die Hube zu Köting (in der Pfarre Ens) an Heinrich den Müllner zu Ens.*

Ich *vlrich der Rotenmoser* vergih allen den, die disen prief sehent oder horent lesen, daz ich *Hainreichen dem mulner von ense* han ze chauffen gegeben dev hueb ze *chóting* mit vereintem müt vnd mit meiner hausvrowen vrowen *Alheiten* vud aller meiner chinde gutlichem willen vnd mit hern *heinrichs hant von husendorf*, der salman ist vber daz güt. Ist aber, daz iemen vf das güt iht sprechen wolt, so schol ich *vlrich der rotenmoser* vnd mein hausfrowe vud minev chint daz vor genant güt schermen vud sin gewer sein dez gütez. Des sind gezeug *Her Heinrich der laufener, Her heinrich von húsendorf, Her Reicher von husendorf, Ott der dorfmeister, Eckhart munser, ditrich der hungerperger, Ortolf der nahrihter, Chunrat an dem ekke. Chunrath wisent, Rapot sin sen, Perholt*

mevzel, Seifrid der Mulner vnd ander warhaft leut. Daz daz also stet beleibe, des gib ich im disen brief zu einem sihtigen vrchund gevestent mit der stat ze ense anhangvndem insilgel. (sic) Daz ist geschehen, do von christes gepürd waren Tovsent Jar vnd an fuff Jar Drevhundert Jar darnah des nehsten vreitagz vor vaschang.

Orig. auf Perg., das Siegel zerbröckelt. Klosterarchiv Garsten.

CCXLVI.

1295. 31. März. — *Diemut von Stacked übergibt dem Ulrich von Capellen das halbe Dorf Steteldorf.*

Ich *dimût Lertoldes hovsfrowe von stadede* tvn chvnt alle den di nu sint vnd her (sic) chvmtlich werdent, daz ich geben han ledichleich vnd stehlichleich an allez furzog hern *vlrich von chappelle hern pilgreims srn* vnd sinen erben daz dorf halbez ze *steteldorf* vnd zway lehen, daz min müter vre *dimut* vnd ich gehabte haben ze rehtem lehen von vnserm herren dem *purkgraven von Nurnberch* mit alle diev, vnd da zue gehöret zeholte vnd ze velde, an aekern. an zehenten, perchreht oder purchreht, verlehent gût oder vnuerlehent oder swi iz genant ist, versücht vnd vnversüchte. wer aber, daz der vor genant vnser herre der purkraf von Nurnberch hern *vlrich von chappelle* vnd sinen erben niht leichen wolt, von swelicher shlachte, chrieg oder irresal daz geschæch, so offen ich *dimût* di vor genant, daz ich mein taeil an dem *dorfe ze steteldorf* mit alle div vnd da zue gehöret, als vor geschriben ist, gesatset han hern *vlrich von chappelle* vnd sinen erben vur zway tavsent march lotiges silbers, dar vber han ich im den selben halben taeil des dorfes *ze steteldorf*, daz mich an gehört, (an?) ein gericht vnd zehent vnd perchreht, daz ich von minem herren dem *herzogen von Osterrich* gehabte han, daz han ich auf geben vor dem herzogen von Osterrich vnd hat er daz gelihen dem genanten hern *vlrich von chappelle* vnd sinen erben. Daz dise red stet beleibe vnd vnuercheret, gib ich *dimût* disen brief hern *vlreich von chappelle* vnd sinen erben ze einem vrchvnde versigelt mit meinem jnsigel vnd mit den zivgen, di hie geschriben sint, Daz ist *her heinrich von stemberch, der stuchse von Trautmanstorf, heinrich von lichtenstein, Otte von Celking, Haug von Reichenstain, Alott von Haenvelde,*

Stephan sin bruder vnd ander biderber liÿte genuch. Der brief ist geben, do von Christ geburde waren Tavsent zway hvndert iar nah nevnzich iaren in dem fvmften iar an dem antlaz tag.

Orig. auf Perg., mit einem hängenden Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

CCXLVII.

1295. 10. April. — *Chunrat von Liechtenwinkel verpfändet an Ulrich von Weidenholz eine Hofstatt zu Bachenkirchen.*

Ich *Chunrat von Liechtenwinkel* vnd min hausvraw *Athait* tun chunt allen den, di disen brief lesent oder horent, daz ich min hof vnd min hofstat daz *Bachenkirchen* hau gesatzt ze drin iaren hern *Ulrichen von weidenholz* w̄r eechen phunt phenning. iz leit aver daz drit iar an im vnd ist, daz ich im di phenning gib, so ist min gût ledich. geschieht des nicht, so stet im daz gût, als ander satzvng recht ist, vnd sol im di phenning geben alt zwischen austern vnd sand Georgen tac. vnd daz im di red vnuerchert belibe, dar vm gib ich im disen brief vn di zev, di hie gescriben stent: *her Hertnid vnd her Rudolf von liechtenwinchel, Marchart vnd Dietel von der Asschach, der Beppech, der Holzman, Ulrich von imperdorf vnd sin bruder* vnd ander b derbe leut genuch, vnd ist daz geschechen nach Cristes burt taussen iar vnd zwaihundert iar vnd neunch iar darnach in dem funften iar nach Ostern an dem achtem tag des sun- tages.

Orig. auf Pergament. Ein rundes Siegel von weissem Wachse. K. k. geh. Hausarchiv.

CCXLVIII.

1295. 28. Juni. *Kadoltsburg.* — *Friedrich, Burggraf zu Nürnberg, belehnet den Ulrich von Capellen mit dem Dorfe Steteldorf.*

Wir *Friderich Burggrave von Nurenberck* tvn kvnt allen den, di disen brif an sehent oder horent lesen, di nv sint vnd her nach kvntik werdent, daz wir daz dorf ze *Steteldorf*, daz *ver Diemût her Levoldes witebe von Studek* vnd *albreh hern albrechts son von sant petronelle* von vns ze rechtem leben gehabt habent, daz selbe dorf mit allev div, vnd dar zv gehört, swi daz genant ist, versucht

vnd vnversucht, als ez diu vor genant vrowe ver Diemût vnd albrecht, der vorgenant ist, von vns gehabt habent, gelihen haben ze rehtem lehen hern *Ulreich von capelle* vnd sinen svnen, di er hat bei vern *Margareten* siner havsvrowen oder noch gewinnet, vnd wer, daz der selben svn niht en were. so schol daz vor genant dorf vnd ander gvt, als ez hi vor genant ist, an erben ander sin erben, di ez zv reht an erben schol. Dar vber geb wir im ze vrkvnde vnd ze gezevge disen brief bestetiget mit vnserm insigel. daz ist geschehen zv *Kadolspurk* nach *Christe* geburde tavsén zway hvndert jar, in dem fvmfe vnd nevnczigsten jar an der heiligen zwelf potén abent sent peters vnd sent pavls.

Orig. auf Perg. mit einem grossen runden Siegel von weissem Wachse. K. k. geh. Hausarchiv.

CCXLIX.

1295. 3. August. — *Dietmar von Aistersheim* verspricht, zwei Güter zu *Spech* und *Reichgozzing*, welche *Rüdiger von Hutten* zum Seelgeräthe für seine Hausfrau *Elisabeth* nach *St. Florian* gegeben hatte, unentgeltlich zu schützen.

Ego *Ditmarus de aistershaim* ad noticiam omnium tam presentium quam futurorum cupio peruenire, quod dominus *Einwicus venerabilis prepositus* totusque conuentus *domus sancti floriani* de mee fidei sinceritate singulariter presumentes duo predia sua in *spech* et *reichgozzing* sita, que dominus *Rudigerus de Hütten* pro remedio vxoris sue bone memorie domine *Elyzaheth* matertere mee eidem legauit ecclesie, michi commiserunt sine fructu quolibet defendenda, Ex speciali michi nichilominus gracia promittentes, quod de eisdem prediis per commutationem uel uendicionem sine scitu et consilio meo nichil debeant ordinare. Et ne uel ego tempore uite mee uel heredes mei post me aliquod ius aduocacie occasione talis commissionis nobis debeamus in eisdem prediis uendicare, ne ue memorata ecclesia ad promissum michi soli de commutatione uel uendicione eorundem prediorum factum uideatur meis eciam heredibus obligata, presentem litteram predicto monasterio tradidi sigilli mei munimine roboratam testibus annotatis, qui sunt *dominus Rugerus de hütten*, *Dominus Espinus de hag*, *Dominus Otto de pocksmvnter*, *Heinricus Tobler*, *Herwordus de chremstorf*, *Fridericus de Swainpach* et plures alii, qui eidem facto interfuerunt, audiuérunt pariter et uide-

runt. Acta sunt autem Anno domini M^o.CC^o.XC.V^o. In inuencione beati Stephani.

Aus einem Pergament-Codex des 14. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu St. Florian.

CCL.

1295. 24. August. Passau. — *Bernhart, Bischof von Passau bezeugt, dass der Zehent des Klosters Ranshofen zu Hartberg dem gegenwärtigen Pfarrer zu Püchkirchen nur auf Lebensdauer verliehen worden sei.*

Nos *Wernhardus dei gratia Ecclesie Patauiensis (episcopus)* tenore confitemur presentium, quod, cum dilectus in christo frater noster dominus *Chunradus venerabilis prepositus Ranshofensis* tanquam vir prouidus et discretus futuris volens dispendiis occurrere, a nobis rationabiliter petuisset, quatenus ei de paterna sollicitudine curaremus prouidere, ne futurus plebanus Ecclesie in *Püchchirichen* decimas suas in *Hartberg* antiquo iure pertinentes ad Ecclesiam Ranshofensem, quas ex quodam contractu celebrato inter prepositum Ranshofensem et dilectum nobis dominum *Wernhardum venerabilem prepositum Ótingensem Plebanum in Püchirichen* idem plebanus de *Püchirichen* tenet et possidet ad vite sue tempora, nomine Ecclesie Ranshouensis occupet vel ab Ecclesia Ranshouensi distrahere presumat vel quomodolibet alienare.

Nos suis precibus annuentes de partium, inter quos (sic) contractus extitit celebratus, consensu Ranshouensi Ecclesie in predictis decimis recognoscimus de certa scientia sua iura et ea precipimus et volumus ei inuiolabiliter obseruari. In cuius rei testimonium presentes dedimus literas nostro sigillo munitas. Datum *Patauie* Anno domini Millesimo CC. Nonagesimo quinto Bartolomei Apostoli.

Orig. auf Pergament. Ein Siegel. K. baier. Reichsarchiv.

CCLI.

1295. 4. September. Vilshouen. — *Schiedspruch des Bischofes Heinrich von Regensburg und des Grafen Albrecht von Hals zwischen dem Bischofe von Passau und den Grafen von Leunburg, betreffend das Schloss Marsbach und Katzenberg.*

Nos *Heinricus dei gratia ecclesie Ratisponensis Episcopus Et Albertus Comes de Hals* tenore confitemur presentium, quod, cum

inter Reverendum patrem dominum *Wernhardum* venerabilem *Patauiensem Episcopum* ex parte vna Et nobiles viros *Perngerum, wernhardum, Heinricum Comites de Levnberch* ex altera super castro et turri in *Morspach* et attinenciis eorundem contentionis questio verteretur Partes premissae in nos tanquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores de bona voluntate equaliter consenserunt promittentes firmiter bona fide vice sacramenti pro rato tenere et inuiolabiliter obseruare, quicquid in premissa causa inter eos per nos arbitrari contingeret et decerni. Nos itaque acceptata arbitrandi seu componendi potestate gratanter — inspectis hinc inde cause meritis, prout tanti negotii grauitas requirebat, Consideratis quoque dampnis, offensis et iniuriis Patauiensi Ecclesie atrociter irrogatis et futuris periculis precauere volentes arbitrando pronunciauimus in hunc modum, videlicet quod predicti *Wernhardus, Perngerus, Heinricus Comites* omni iuri, liti et accioni, que eis competebant vel competere poterant quomodolibet in *Castro et Turri in Morspach* et attinenciis eorundem, in Manibus Reuerendi Patris domini Patauiensis predicti, a quo eadem se asserebant in feudum optinere, cedere, renunciare deberent voluntarie, simpliciter et precise saluo iure, quod eisdem Comitibus in locis, que dicuntur *Chatzperch* et *Nider Morspach*, competit vel competere potest, ad que presens arbitrium non extendimus, sed ea de certa sciencia excludimus ab eodem, Non intendentes derogare per hec ordinationi, que de eisdem locis inter felicis Recordationis dominum *Petrum* quondam *Patauiensem Episcopum* et bone memorie dominum *Wernhardum seniore Comitem de Levnberch* intercessit. Item predicti Comites omnes literas et instrumenta data per Patauienses Pontifices, quibus possit presenti arbitrio derogari, resignabunt domino Episcopo antedicto, quas quidem literas tam in iudicio quam extra exnunc in antea decernimus nullum optinere vigorem. Preterea sepe dictus dominus Episcopus Patauiensis relaxare et ignoscere debet omnes iniurias, dampna et offensas sibi et Patauiensi Ecclesie irrogatas per memoratos *Perngerum, wernhardum, Heinricum* et seruitores eorundem, cuiuscunque conditionis existant, eosdemque comites ad gratiam recipere specialem, Hoc saluo, quod iniurias et dampna Ciuibus Patauiensibus irrogata per Comites memoratos in se predictus Patauiensis Episcopus non recipiet nec satisfaciet pro eisdem, sed triugas usque ad natiuitatem domini venturam proxime firmabit

